Ad ꝑmā obiectionē. Ad ſecūdā ꝛ vltimā. Ad vltimū dicēdū ꝙ vitiū dupliciter dicit͛ .ſ. ꝓ habitu vitij ꝛ pro cauſa vitij. Primo mō nō eſt in ſemine: ſed ſecūdo mō eſt in ſemine: qz a ſua feditate que in ipſo pena eſt/ cauſat͛ feditas in aīa que culpa eſt ꝛ pena ꝛ huiꝰ rō in ſecūdo domino cōcedēte explanabit͛.

Quare nō fuit chriſtus decimatus in Abraā ſicut Leui: cum caro quam acceperit in eo fuit peccato obnoxia.

Cū autē illa caro cuiꝰ excellentia ſingularis verbis explicari nō valet: anteq̄ꝫ eſſet verbo vnito obnoxia fuerit a peccato in Maria et in alijs a q̄bus ꝓpagatiōe traducta eſt: non immerito videri poteſt i Abraā peccato ſubiacuiſſe: cuius vniuerſa caro peccato ſubiacebat. Unde queri ſolet quare leui decimatus dicat͛ in Abraā ꝛ nō chriſtus: cū in lūbis abrae vterqꝫ fuerit ſm materialē rōnē quādo Abraam decimatus eſt: ꝛ decimas dedit melchiſedech. Tūc enim apoſtolus Leui decimatū dicit in Abraā tāq̄ꝫ in materiali cauſa. Quia ea decimatione ſicut Abraā minor Melchiſedech oſtendit͛: cui perſonaliter decimas ſoluit: ita ꝛ leuiticꝰ ordo qui in abraā ſm rationē ſeminalē erat: ꝛ ex eo per cōcupiſcentiā carnis deſcēdit: chriſtus autē non eſt decimatus: quia licet ibi fuerit ſm carnē: nō tamē deſcendit ſm legē cōmunē ſcꝫ per carnis libidinē: ſicut etiā in Ada ꝫ omnes peccauerunt: ſed non chriſtus. Unde Augꝰ ſuper Geñ. Sicut Adam peccāte qui in lumbis eiꝰ erant peccauerūt: ſic Abraā dāte decimas q̄ in lumbis eius erant decimati ſunt. Sed hoc nō ſequitur in chriſto: licet in lumbis Ade et Abrae fuerit: quia nō ſm cōcupiſcentiā carnis inde deſcēdit. Cū ergo leui ꝛ chriſtus ſm carnē eſſent in lumbis Abrae quādo decimatus eſt ideo pariter decimati nō ſunt: qz ſm aliquē modū nō erat ibi chriſtꝰ quo erat ibi leui. Scđm rationē quippe illam ſeminalem ibi fuit leui: qua ratōe per cōcubitū venturꝰ erat in matrē: ſm quā rationē nō erat ibi chriſti caro q̄uis ſm ipſam ibi fuerit Marie caro. Ille ergo decimatꝰ eſt in abraā qui ſic fuit in lumbis abrae ſicut ille fuit in lūbis patris ſui: id eſt qui ſic eſt natus de patre abraā: ſicut ille de patre ſuo natꝰ eſt: ſcilicet per legē carnis ꝛ inuincibilē concupiſcentiā.

Augꝰ ſuꝑ Geñ. b

Art. XXIX G 2

Quid ſignificabat oblatio melchiſedech decimatio abrae ꝛ ſacrificiū chriſti: ꝛ q̄d dicatur ratio ſeminalis: ꝛ quid dicatur concupiſcentia inuiſibilis.

Jn habitis veniēdū eſt ad lrām huiꝰ partis:
b ⁊ ſumēdū eſt illud qd̓ dicit: qꝛ ea determina
tiene ſicut Abraā minoꝛ oſtenditur: ⁊ qua mī
noꝛitate: ⁊ dicitur ꝙ impfecte indigētie benedictio
nis quā impfectionē oblatiōe decime ⁊ retētiōe no
uē ſignificauit: cū ei decimū melchi. accepit denariū
apud abraā nō remāſit: ⁊ iō pfectio apud melchi. fuit
⁊ nō apud abraā qd̓ ſignificauit decimā remouēdo:
⁊ iō per ſacerdotiū melchi. ⁊ nō filioꝝ abraā pfectio
benedictiōis ⁊ redēptiōis fuit ſignificata. Cū autē
melchi. typū ſacerdotij xp̄i exhibuit ī oblatiōe panis
⁊ vini ſacerdotiū chriſti eſt pfectū ⁊ liberās: ⁊ Abraā
imperfectū ⁊ indigēs liberatore. Deinde accipe illd̓
ante finē capli ſm rōnē quippe illā ſemialē. ā. b. Ra
tio ſeminalis eſt rō qua ſeminat̄ poſteritas: ⁊ illa ra
tio eſt vis concupiſcētie ⁊ cōmixtio ſexuū: vt patet in
oibus. Poſt hec accipe illud Jnuiſibilē ꝯcupiſcētiā
Hec cōcupiſcentia dicit̄ inuiſibilis: qꝛ in ꝯuictatibꝰ
viſibilis corporis ſeminati nō apparet: ſed per rōnē
carnis pugne aduerſus ſpiritū apparet.

Qua ratōe caro chriſti ī dicta eſt in ſcriptura nō fuiſſe peccatrix: ſed ſimilis quo aperitur quare obligata peccato nō fuit in chriſto.

Quo circa primitiā noſtre maſſe recte aſſum
pſiſſe dicit̄ chriſtꝰ: qꝛ nō carnē peccati: ſed ſi
militudinē carnis pcti accepit. Miſit eñ deꝰ
filiū ſuū vt ait apl̄s: ī ſimilitudinē carnis pec
cati. Aſſumpſit eñ verbū carnē peccati ſimi
lē in pena ⁊ nō in culpa: ⁊ iō nō peccatricem.
Cetera vo hominū oīs caro peccati eſt. So
a la illius nō eſt caro peccati: qꝛ nō eū mat̄ cō
cupiſcētie: ſed gratia cōcepit habet tñ ſilitu
dinē carnis peccati p paſſibilitatē ⁊ mortali
tatē qꝛ eſuriuit: ſitiuit ⁊ hmōi. Licet ergo eadē
caro ſit que ⁊ noſtra nō tñ ita facta eſt in vte
ro ſicut noſtra. Eſt eñ ſanctificata in vtero ⁊
nata ſine peccato: ⁊ nec ipſe in illa vnq̄ꝫ pec
cauit. Jn pena ergo ſimilis eſt noſtre nō in q̄
litate peccati: qꝛ pollutiōe q̄ ex cōcupiſcētie
motu cōcepta eſt oīno nō habuit: nec ex car
nali delectatiōe nata eſt. Venit ergo ad coꝛ
pus īmaculatū qd̓ pter libidinis cōcupiſcen
tiā fuit conceptū: nec illud in ſe habuit vitiū
qd̓ in alijs eſt cā pctī: nec in eo peccauit. Jdoq̄ꝫ
vere dicit̄ verbi caro nō fuiſſe in chriſto obli
gata peccato.

Arti. III. D 2 Quid dicat̄ primitia ⁊ vtrū gratia vnionis
fuerit gratia habitualis.

Uo circa primitiā noſtre maſſe [Hec eſt ſecū
q da pars ⁊ eſt cōcluſio quedā q̄ ſequit̄ ex p̄ce
dente. Et nota ꝙ primitia dicitur dupliciter
ſcꝫ qd̓ ꝓpter maioꝛē vigoꝛē nature citiꝰ ad maturita
tē pringat hoc primitia dicit̄: ⁊ hoc offerebat̄ dño ſm
legē. Primitia etiā dicit̄ primū nobilitate: ⁊ vtroq̄ꝫ
mō caro xp̄i dicit̄ primitia: qꝛ illa prio mūditiā atti
gens oīs ad maturitatē mūditie adducit: ⁊ qꝛ illa
ꝓpter vnionē deitatis digniſſima fuit. Deinde acci
pe illud mater concupiſcentie ſed grā ⁊c̄.] . ā. a. quia
eſt in actu matris cōcupiſcēns. vel veriꝰ hec eſt q̄ ſem
per fornicat̄ cū demone vt filios peccatoꝛes ex adul
terio ſtatuat: grā autē dicit̄ xp̄i q̄ eſt gratia vnionis
nō habitꝰ vt in nobis: ſed in hoīem deū in ypoſtaſi/
nō hoc aūt iō dico ꝙ xp̄s gratiā habitꝰ nō habuerit
ſed illū habuit in virtutibꝰ ⁊ donis: ſed vniōis gra
tia nō fuit habitualis: vt quidā errātes dixerūt: qꝛ
ſm hoc ille nō eſſet filiꝰ niſi acceptiōe grē illius: quia
ipſa dicit̄ gratia ad eſſe naturaliter filiū dei in per
ſona vna vtriuſq̄ꝫ nature. Alia oīa illiꝰ partis plana
ſunt per diſputationē.

Quidā videtur aduerſari illi ſententie qua dictū eſt carnē chriſti nō prius conceptā q̄ꝫ aſſumptā.

Jlli aūt ſententie qua ſupra diximꝰ carnē ver
bi nō añ fuiſſe cōceptā q̄ꝫ aſſumptā: videt̄ ob Job. 2
uiare qd̓ Augꝰ ait ſup Johānē vbi legit̄. Sol
uite templū hoc ⁊ in tribꝰ diebꝰ excitabo il
lud. Dixerūt ergo iudei. xl. ⁊ vi. annis edifi
catū eſt hoc tēplū: ⁊ in tribꝰ diebꝰ excitabis
illud. Hic inq̄t numerꝰ pfectiōi dñici corpo
ris cōuenit: qꝛ vt dicūt phiſici: tot diebꝰ for
ma humani corporis pficit̄. Horū occaſione
verboꝝ quidā dicere pſumpſerūt dñici cor
poris formā tot diebꝰ ad modū alioꝝ corpo
rū perfectā: ⁊ mēbroꝝ lineamētis diſtinctā:
⁊ mox verbū dicit̄ ſibi vniſſe carnē ⁊ animā
⁊ hoc mō dicūt illū numerū pfectiōi domini
ci corporis cōuenire. Sed alia rō illius dicta
extitit ex qua ſana orit̄ itelligētia verbi. Nō
eñ ideo illud dixit Augꝰ quī mox vt caro il
la opere ſpūſſancti ſanctificata: et a reliqua
ſeparata fuit verbo dei cū anima vniret̄: vt p
fectus et verꝰ deus eſſet pfectꝰ et verꝰ homo.
Sed qꝛ membroꝝ illius dñici corporis diſti
ctio in ipſo momēto cōceptiōis et vniōis dei
et hominis adeo tenuis erat et parua: vt hu
mano viſui vix poſſꝫ ſubijci: diebꝰ aūt quos
Augꝰ memoꝛat pfecta eſt et notabilis facta.
Jncarnatū eſt ergo verbū: vt ait Johā. Da
maſce. et a ꝓpria incorporalitate nō feciſſet a
et totū incarnatū eſt: et totū eſt incircūſcri
ptū. Minorat̄ corporaliter et cōtrahit̄: et di b
uine eſt incircūſcriptū: nō coextēſa carne eiꝰ
cū īcircūſcripta diuinitate. Jn oībus igit̄ q̄
ſuper oīa erat: et ī vtero ſancte genitricis exi
ſtebat: ſed in ipſo actu incarnatiōis. J 2

Ili aūt ſententie qua ſupra diximus [Hec eſt
f tertia ⁊ vltima pars iſtiꝰ diſtinctiōis: ⁊ habꝫ
tres partes. Jn quaꝝ prima ponit obiectiōē
cōtra ſupra determinata q̄ patet in littera. Jn ſecū
da ponit ſolutionē ibi [Sed alia rō illiꝰ dicti extitit

ꝛ illa etiã plana eſt ꝑ antedicta. In tertia ex oib⁹ ꝓhabitis cõcludit ꝙ ꝑ vnionẽ vbi ꝛ hoīs nõ ↄfūdunt ꝓprietates vtriuſ natureꝫ ſed manent differẽtes ꝛ diſtincte: ꝛ ꝑ auctoritatẽ Iohan. dam. que incipit [Incarnatum ergo verbum.

Arti. XXXI Queriť de hoc qḋ dicit: Totū incarnatū ē

Ed queriť de hoc qḋ dicit: [Totū incarnatū eſt. ꝛc.] ꝫ. a. aut eñ totū referť ad naturam/ aut ꝑſonã/ aut ad vtrūqꝫ. ſi ad naturã/ falſum videť: qꝛ licet natura diuina tota in vna ſuaꝝ hypoſtaſion ſit incarnata: nõ tñ tota natura verbi eſt incircūſcripta: ſed circūſcripta. Solutio Solo dõm ꝙ li totū reſpicit vtrūqꝫ ꝛ naturã ꝛ ꝑſonã: ſed natura hoīs nõ eſt incarnata: ſed potius deitati vnita. vñ loquiť de verbo ſm ꝙ eſt incarnatū: ꝛ qꝛ incarnari nõ ↄuenit nature hūane: iõ diſtributio ñ reſpicit ꝑtes hūane nature

Art. XXXII R2 Utrū verbum eſt vbiqꝫ homo.

Einde obijciť de hoc qḋ dicit: [Nõ coextenſã carnẽ. ꝛc.] ꝫ. b. aut eñ verbū vbiqꝫ eſt incarnatū/ aut nõ vbiqꝫ. ſi vbiqꝫ/ tunc xp̄s eſt vbiqꝫ hõ: ꝛ ita coextenſa caro cū incircūſcripta deitate. Si vero nõ vbiqꝫ: ꝫ verbū alicubi eſt vbi nõ eſt hõ/ ꝛ alicubi hõ/ qḋ falſum eſt cū ſit ſimplex: ꝛ eſt vel totū incarnatū vel nihil de eo incarnatū. Solutio Solo dõm ꝙ verbū eſt vbiqꝫ hõ: ſed nõ eſt homo vbiqꝫ: qꝛ cū dꝛ verbū eſt vbiqꝫ hõ duplex eſt locutio/ ex eo ꝙ aduerbiū vbiqꝫ põt determinare verbū eſt in cõparatõe ad ſuppoſitū ꝛ ſic vera eſt locutõ. vel in cõparatõe ad appoſitū: ꝛ tūc eſt locutio falſa: ꝛ ꝑmo mõ ſenſus eſt: verbū ens vbiqꝫ eſt hõ: ꝛ hoc verꝫ eſt. Scḋo mõ ſenſus eſt: verbū eſt hõ vbiqꝫ/ ita ꝙ in hūana forma ſit vbiqꝫ: ꝛ verbū vbiqꝫ eſt in hoc altari: ꝫ verbū eſt in hoc altari vbiqꝫ nõ ſequiť: ꝛ incidit fallacia dictõnis. Dicit eñ Innocēti⁹ papa ꝙ verbū in triplici cõſideratõe tripl'r ſe hẽt ad locū: ſm deitatẽ eñ eſt vbiqꝫ eſſentialiť/ principaliter ꝛ potentialiter: ſm humanã autẽ formã aptã ꝛ diſtinctã eſt in loco determinato ad dexterã pr̃is in celo empirreo. i. in potioribus bonis: ſꝫ ſm ſpẽs panis eſt ĩ altari in quo conſecratur.

Quare in ſcriptura ſepi⁹ tribuatur incarnatio que eſt opus trinitatis ſpirituiſancto: et de ipſo etiam conceptus et natus dicatur.

Diſtin. IIII Qualiť caro Xp̄i fuerit ꝑ ſpm̄ſãctū cõcepta

Um vero incarnatio c verbi (ſicut in ſuꝑioribus tractatū eſt) oꝑatio vere ſit pr̄is ꝛ filij ꝛ ſpiritusſancti inueſtigatõe dignū nobis videtur quare in ſcriptura ſpūiſctõ hoc opus ſepius tribuať: ꝛ de ipõ xp̄s cõceptus ꝛ nat⁹ memoretur. Nõ eñ ideo oꝑatio incarnatiõis ſpūiſancto ſepius tribuiť ꝙ eã ipẽ ſolus ſine pr̄e ꝛ a filio fecerit: ſed qꝛ ſpūſſanctus eſt charitas ꝛ donum patris ꝛ filij: ꝛ ineffabili dei charitate verbū caro factū eſt: ꝛ ineffabili dei dono filius dei ſibi vniuit formã ſerui. Nõ ergo frequẽs denominatio ſpūſſancti ab illo oꝑe pa b trẽ vel filiū ſecludit: ſed potius vno nomĩato tres intelliguntꝫ: ſicut fit ſepe in alijs oꝑib⁹ Unde Aug. ſuꝑ hoc mouens q̃ſtionẽ in hūc modū eandẽ determinat in ench. ita inquiẽs Cū illã creaturã quã virgo ↄcepit ꝛ peperit ꝗuis ad ſolã ꝑſonã filij ꝑtinentẽ tota trinitas fecerit: neqꝫ eñ ſeꝑabilia ſunt opera trinitatis: cur in ea facienda ſpūſſanctus ſolus noīatus eſt. An etiã qñ vnus triū in aliquo opere nominať vniuerſa operari trinitas intelligiť: ita vere eſt ꝛ exemplis doceri poteſt. Audiſtis propoſitã queſtionẽ eiuſdemqꝫ ſolutionem vel expoſitionem.

a Um vero incarnatio verbi: ſicut in ſuꝑiorib⁹ c tractatū eſt. ꝛc.] Hic incipit pars ſcḋa illi⁹ partis: in qua agiť de cõiunctiõe aſſumẽtis ꝛ aſſumpti: ꝛ in qua determinať de oꝑante cõiunctionẽ ꝛ cõiungente vnibilia ipa: ꝛ tota cõtineť in iſta diſtinctiõe: ꝛ diuidiť in ꝑtes duas/ in quaꝝ ꝑma mgr̄ adducit rõnẽ ꝓ ꝛ ꝫ. quare incarnatio attribuiť ſpūiſctõ. In ſcḋo aūt vlterius queriť cur apl'us dicat eū factū ex ſemine dauid ſm carnem: cū ipẽ ſm carnẽ factus ſit de ſpūſſancti ꝑtãte/ nõ de ſemĩe virili ꝛ h incipit in vltimo capitulo iſti⁹ diſtinctiõis ibi ſcꝫ: [Sed queri poteſt cū nos ſaluatorẽ.] Pars prima ſubdiuidiť in duas/ in quaꝝ primo accipiť rõ quare xp̄s dicať cõceptus de ſpūſctõ penes ſpūſſancti attributū qḋ eſt charitas. In ſecunda aūt accipiť alia ratio penes ſpūſſancti opus ibi: [Poteſt etiã dici xp̄s ſm hominẽ ideo natus.] Prior haꝝ vlteri⁹ ſubdiuidiť in tres/ in quaꝝ prima mouet queſtionẽ/ ꝛ adhibet ſolutionẽ. In ſecunda ſol'onẽ ꝑ auctoritatẽ Aug. cõfirmat ibi: [Cū illã creaturã quã virgo concepit.] In tertia tangit obiectionẽ ↄtrã ex hoc ꝙ videť ſpūſſanctus eſſe pater filij ſm hominẽ: ꝛ ſoluit ibi: [Sed nõ eſt immorandum. ꝛc.]

Cuius perſone attributo incarnatio potiſſimum attribuitur. Arti. I.

i Ncidit aūt queſtio circa primū capitulū cui⁹ perſone attributo incarnatio potiſſimū attribuať: videť aūt ꝙ patri Ioh. 3. Sic deus dilexit mundū/ vt filiū ſuū vnigenitū daret. cõſtat autẽ ꝙ li deus ſupponat ibi pro pr̄e: qꝛ filius vnigenitus nõ eſt xp̄s niſi patris: non ſuus nec ſpūſſancti nec totius trinitatis: ꝫ videť ꝙ datio illa eſt in carnẽ miſſio ꝫ videť ꝙ ſpẽaliter cõuenit patri. Arg. ꝑmo ꝙ patri. Itẽ hoc oſtendit nomẽ angeli miſſi: qꝛ fortitudo dei gabriel interꝑtať 2° cū igiť noīa nunciorꝫ attributa declarẽt ꝛ miſſio ꝛ fortitudo ſint potẽtie videť ꝙ pr̄i debuit attribui Itẽ 3° generatiõe hūana nõ eſt ipẽ alia filiatiõe filius ꝗ̃ illa qua eſt filius patris: cū igiť ꝑ hãc relationẽ ponat aliud patrẽ debet attribui opus gñatõnis hūane patri ꝛ nõ filio vel ſpūiſctõ. Itẽ ſupra habitū eſt ꝙ mittiť q ab alio eſt: ſed filius a patre eſt: ꝫ mittiť cogruẽ- 4° tiſſime ab ipõ. principaliſſima aūt oīum miſſionū fuit illa q̃ eſt in carnẽ: ꝫ illa cõgruẽtiſſime pr̄i attribuiť. illa aūt miſſio fuit incarnatio: ꝫ incarnatio attribuiť patri. Videť aūt ꝙ filio debeat attribui. ſupra eñ habitū eſt ꝙ qꝛ oīa in ſapia fecit: in ſapia etiã recreari debuerūt: ꝫ op⁹ incarnatõnis filio attribuiť: cui etiã attribuiť ſapia. Ar. 2° ꝙ filio primo. Itẽ illius eſt oꝑari ꝑcipue incarna 2°

natione cuius ipſam carnē maxime eſt aſſumere: hoc
autē eſt filius: ḡ filij vt opantis eſt opus incarnatio-
3° nis. Itē Bern. in. 5. de cōſideratōe dicit: Muli-
er ſapiētia fermēto fidei glōſe virginis tria ſata in in-
carnatōe coiuncxit. ſ. nouū/antiquū/eternū. Nouum
in creatione aie de nihilo. Antiquū in aſſumptōe cor
poris de natura corpis ade. Eternū in vnione deita
tis/cū igit ſapientia ſit attributū filij/filio maxie at-
Itē arg. ꝙ tribuit incarnatio. Sed videt ꝙ precipue ſpūiſan
ſpūiſancto. cto: qꝛ ita dicit ſymbolū: Qui cōceptus eſt de ſpūſctō
Itē Math. 1. Qd em in ea natū eſt de ſpūſctō eſt.
Itē Luce. 1. Spūſſctūs ſupueniet in te: ꝛ virtus altiſ
ſimi obumbrabit tibi. Et hoc hic ꝑ plures auctorita
Solutio tes probat in lr̄a. Solō dōm ꝙ ſm aliqd ſingula-
ad totū. rū pſonarū attributa inueniunt in incarnatiōe: q̄ ad
cōiunctionē em diſtantiū humane nature ꝛ diuie ap-
paruit potētia: ſed quo ad mouēs ad aſſumptionem
carnis apparuit bonitas ꝛ charitas. q̄ ad modū aūt
vniōis indiſſolubilis apparuit ſapientia. Similit in
cōſequentibꝫ incarnationē ex pte finis qui eſt redem-
ptio apparuit bonitas. in ſolōne autē precij debiti
ꝑ modū debiti ꝛ potēns ſoluere apparuit ſapia q̄ con
iunxit ea in precio: quibꝫ ipm preciū refutari nō pote
rat: vt. ſ. (ſicut dicit aug.) haberet in ſe vnde deberet:
id eſt vn̄ poſſet p̄ciū vnū ꝛ ꝑ deitatē ipm oblatū eſſet
cū eo cui offerebat vnū/ꝛ cum ſacerdote offerēte ipm
hoſtia vnū: ꝛ cū his ꝓ quibꝫ offerebat vnū in natura
humanitatis. ꝛ hoc eſt qd dicit aug. in. 4. de trinita.
ca. xiiij. ſic inquiens: Tā grate ꝛ ſuſcipi poſſet q̄ꝫ caro
ſacrificij noſtri corpꝰ effectū ſacerdotis nr̄i: vt q̄m q̄t-
tuor cōſiderant in omi ſacrificio/cui offerat/a q̄ offe-
rat/qd offerat/ꝓ quibꝫ offerat. idē ipe vnꝰ verꝰ me-
diator ꝑ ſacrificiū pacis recōciliās nos deo vnū ipe
ita maneret cui offerebat. vnū in ſe faceret ꝓ qbꝰ offere
bat: vnus ipe eſſet q̄ offerebat/ꝛ qd offerebat. Potē-
tia aūt apparuit in fine/etiā in victoria mortis infer-
ni ꝛ diaboli: qꝛ tn̄ finis intentus eſt bonitas/ꝛ p̄mū
mouens eſt bonitas: ideo attribuit ſpūiſctō. ꝙ autē
ita ſit dicunt quattuor auctoritates. Dicit em Joh.
dam. 4. li. ca. 1. ſic: Mōſtrat i incarnatiōe ſunt boni
tas ꝛ ſapia ꝛ iuſticia ꝛ potentia dei: bonitas quidem
qꝛ nō deſpexit ꝓprij plaſmatis infirmitatē: ſꝫ viſcera
eiꝰ cōmota ſunt ipo cadente/ꝛ manū porrexit. Iuſti
cia quidē: qm̄ hoie victo nō aliū fecit vincere. Sapia
quidē: quoniā inuenit apꝑij. i. difficilimi ſolutionem
decentiſſimā. Itē Caſſianꝰ in. 1. li. cōtra Neſtoriū di
cit ſic: Deſcendit verbū filius: adeſt maieſtas ſpūſſan
cti: virtus obumbrat patris/vtiqꝫ vt in ſacramento
cōceptiōis oīs eſſet opatio trinitatis. Itē Bern. in. 5
de cōſideratiōe dicit ꝙ tres pſone opate ſunt xp̄i incar
nationē. idē dicit aug. in. 4. de trinitate. ꝛ ꝑ hec patꝫ
ſolutio ad totū quod obiectum eſt.

Arti. II B An incarnatum poteſt dici opus charita-
tis ꝛ opus doni: ſicut dei opus ſpūſſancti.
Einde querit de hoc qd dicit: [Spūſſctūs eſt
Arg. primo D charitas ꝛ donū dei patris. ꝛc.] ſ. a. Utrum
poteſt. ſ. dici opus charitatis ꝛ opus doni: ſi-
cut dr̄ opus ſpūſſancti: ꝛ videt ꝙ ſic: qꝛ ꝓpter qd vnū
qdqꝫ tale ꝛ illud magis eſt tale: ſed ſpūſſancti opꝰ dr̄
propter charitatē: ꝛ qꝛ donū eſt: ḡ magis debet dici
Solō charitatis opus ꝛ doni. Solō nihil ꝓhibet ꝙ di-
ad totū. cat opus charitatis vt diſponētis ad opus; ſed alit
dicat opus ſpūſſcti; vt. ſ. ſube opantis. doni aūt opus
nō cōuenienter dicat: qꝛ donū nō dicit ꝯpatōnē ad opꝰ
ſed ad dantē/ꝛ ad eū cui dat. Charitas autē reſpicit
actū vt habitus ordinās ad actū ꝛ inclinans: ꝛ iō ꝓ-
prie dicit opus ſpūſſancti/minus proprie charitatis
ſed nō poteſt cōgrue dici opus doni.

Utrū vno noīato neceſſario tres itelligāt Arti. III. C
Einde querit de hoc qd dicit: [Sꝫ ponꝰ vno
D nomiato tres intelligunt. ꝛc.] ſ. b. videt em
ꝙ nō: qꝛ intellecta eſſentia nō de neceſſitate i-
telligit pſona: quia multi intelligunt eſſentiā q̄ negāt
pſonā: ꝛ vna pſona nominata nō de neceſſitate intel-
ligunt alie. patre em nominato nō intelligit ſpūſſan
ctus. Et querit vtrū ſemper ita ſit ꝙ vno nomiato
alij intelligant: videt ꝙ nō: qꝛ ſupra. iij. diſtin. habi-
tū eſt ꝙ quidā cognouerūt patrē ꝛ filiū ꝛ nō ſpm̄ſan-
ctū: ḡ videt ꝙ nō neceſſario ſit verꝫ ꝙ vno nominato
Solō tres alij intelligant. Solutio dicendū ꝙ nomiato
vno ad actū operis ſine dubio tres intelligunt: qꝛ in
indiuiſibili eſſentia triū referunt ad opus. Et ꝓprieta
tes q̄ attribuunt pſonis reſultant in ope: et ideo oēs
ſimul intelligunt Ad illud qd cōtra obijcit ꝙ eſſen
tia ab aliquo intellecta nō neceſſario intelligunt pſo-
ne: Dicendū ꝙ ſic nō loquit auctor/imo ſm modum
ſcripture q̄ cōſueuit aliqd vnū nominare ꝓpter ſpēale
attributū: ꝛ tn̄ alias ſubintelligit: ſicut Joh. 17. Ut
cognoſcant te ſolū verꝫ deū/ꝛ quē miſiſti ieſum chriſtū
nō em hic excludit ſpūſſanctus. Ad aliud dicendū
ꝙ ſemper ita eſt qn̄ referunt ad aliqd opus ꝑ ſe: ꝛ nō
oportet ꝙ ſit ꝑ intentionem ſuarum relationū.

Quo ſenſu dicatur chriſtus cō-ceptus et natus de ſpirituſancto.

Sed nō eſt in hoc diutius immorandū: illud
em mouet quomodo dictus eſt chriſtus natꝰ
de ſpūſancto: cū filius nullo modo ſit ſpirituſ
ſancti. Nunquid dicturi ſumus patrē hominis
chriſti eſſe ſpiritūſanctū: vt deus pater ver-
bum genuerit: ꝛ ſpūſſanctus hominē. ex qua
vtraqꝫ ſubſtantia chriſtꝰ vnus eſſet: ꝛ dei pa-
tris filius ſm verbū et ſpirituſancti filius ſm
hominē ꝙ eū ſpirituſſanctus tanq̄ꝫ pater eius
de matre virgine genuiſſet. Quis hoc dicere
audebit cū hoc ita ſit abſurdum vt nulle fide
liū aures id valeant ſuſtinere. Proinde cum
fatemur chriſtū natū de ſpūſancto et maria
virgine: quomodo non ſit filius ſpūſſancti ꝛ
ſit filius virginis: cū ꝛ de illo ꝛ de illa ſit natꝰ
explicare difficile eſt. Proculdubio nō ſic de
illo vt de patre. Sic aūt de illa vt de mr̄e na- a
tus eſt. Nō eſt autē cōcedendū quicquid de
aliqua re naſcitur cōtinuo eiuſdē rei filiū nū
cupandū. Ut em omittam aliter de homine b
naſci filiū: aliter capillū: aliter pediculum ꝛ
lumbricū: quoꝝ nihil eſt filius. Ut ergo hec
omittā: quoniā tante rei deformiter cōparan
tur: certe qui naſcunt ex aqua ꝛ ſpūſctō: non
aque filios eos recte quiſpiā dixerit: ſed di-
cunt filij dei patris ꝛ matris eccleſie. Sic er-

go de ſpũſancto natus eſt chriſtus nec tamẽ
filius eſt ſpũſſancti. Sicut econuerſo nõ oẽs
qui dicunꝭ alicuius filij: cõſequens eſt vt de
illo etiã nati eſſe dicantur: vt illi qui adoptã
c tur. Dicuntur etiã filij gehenne nõ ex illa na-
ti: ſed in illã preparati. cũ itaqꝫ de aliquo na-
ſcaꝭ aliquid. ⁊ non ita vt ſit filius: nec rurſus
omnis qui dicꝭ filius de illo ſit natus cuius
dicꝭ filius. Profecto modus iſte quo natus
eſt chriſtus de maria ſicut filius: ⁊ de ſpũſan
d cto nõ ſicut filius: inſinuat nobis gratiã dei ꝙ
homo nullis meritis ꝓcedentibus in ipſo ex-
ordio nature ſue quo eſſe cepit verbo dei co-
pulareꝭ in tantã perſone vnitatẽ: vt idẽ eſſet
filius dei qui fili⁹ hominis: ⁊ filius hominis
e qui filius dei: ⁊ ſicut in nature humane ſuſce
ptione fieret quodãmodo ipſa gratia illi ho-
mini naturaliter qua nullũ poſſit admittere
peccatũ: que gratia ideo per ſpiritũ ſanctum
eſt ſignificata: quia ipſe proprie ſic eſt de⁹ vt
ſit etiam dei donũ. Per hoc ergo ꝙ de ſpiri-
tuſancto eſſe natiuitas chriſti dicit quid ali-
f ud ꝗ ipſa gratia dei demonſtraꝭ qua hõ mira
bili ⁊ ineffabili modo verbo dei eſt adiũctus
D atqꝫ cõnexus: ⁊ diuiſa gratia corꝑalit replet⁹.

f [Ed nõ eſt diutius imorandũ. ⁊c.] Hic magi-
ſter obijcit cõtra ꝓdeterminata prius: quia ſi
opus incarnationis attribuiꝭ ſpũſctõ: ⁊ quic
quid operaꝭ formã corporis in generatiõe videꝭ eſſe
pater. videbiꝭ ꝙ ſpũſſanctus ſit pater chriſti ſm gene
ratione humanã. ⁊ hec pars habet tria capitula: in ꝗ-
rũ primo tangit obiectionẽ dictã/⁊ ſoluit. In ſecũdo
dat inſtantiã huic ꝓpoſitioni: Quicqͩ ex aqua rena-
ſcitꝭ eſt filius illius ibi [Nõ eſt aũt cõcedẽdũ.] In ter
tio dat inſtantiã huic: Oẽ qd eſt filius alicuius de il-
lo natũ eſt ibi: [Sic ergo de ſpũſctõ natus eſt. ⁊c.]

Arti. IIII An trinitas poſſet dici pater chriſti: et an
ſpũſſanctus poſſet dici pater eius: ⁊ an chri-
ſtus poſſit dici filius ſpirituſſancti ſm gratiã
⁊ an ſit filius adoptiuus. ⁊ queritur primo de
trinitate.

Arg. primo ꝙ ſic. 1 Ncidit aũt hic dubiũ vtrũ trinitas poſſet di
ci pater xpi: videꝭ ꝙ ſic: quoniã aug. dicit in
fra: Quoniã homo ille nullis precedentibus
meritis: ſed gr̃a habuit vt in vnitatẽ perſone filij dei
aſſumereꝭ: ſed ex hac gratia dicꝭ trinitas pater no-
ſter: cũ oramus: Pater noſter qui es in celis: ꝗ videꝭ
2o ꝙ trinitas ſit pater xpi. Itẽ virtus actiua cõcept⁹
eſt ex patre: virtus aũt actiua cõceptus filij: ſicut pro
batũ eſt prius fuit cõmuniter ex tota trinitate: ꝗ vide
3o tur ꝙ trinitas ſit pater chriſti. Itẽ: Confiteor tibi
dñe pater celi ⁊ terre. Math. 11. hoc exponunt ſcti ꝙ
omniũ pater ſit creatione: ꝗ multo magis formatiõe
4o diuini corporis erit pater chriſti: vt videꝭ. Itẽ vi-
demus ſm naturã operationẽ patris eſſe deciſiuam
materie cõuerſiuã eius ad corpus nati. formatiuã eẽ
in figurã mẽbroꝝ diſtinctiuã ⁊ poſitiuam organoꝝ:
ſed oĩa hec fecit trinitas ſeparando puriſſimos ſangui-

nes virginis formando ſpẽm corporis: diſtinguẽdo et
cõponendo mẽbra: igiꝭ trinitas etiã verius videꝭ eẽ
pater xpi/eo ꝙ hec fecit in momẽto ꝗ̃ hõ ſit pater ho-
mis cuius virtus facit hoc ſucceſſiue. Itẽ hõ pater 5o
dicꝭ alterius ꝓpter vim formãtẽ corp⁹: ꝗ multo ma
gis trinitas pr̃ xpi diceꝭ ꝓpter virtutẽ formatiuã cor
poris ⁊ anie: qꝛ vtrũqꝫ trinitas. Sed cõtra nõ po Pro verita
teſt dici filius trinitatis niſi gr̃a ꝑſonaꝝ: ꝗ xp̃s eſt fi- te arg. ꝓmo
lius ſuus: ꝗ aliq̃ res ſeipſam gignit vt ſic. Si dica ꝙ nõ.
tur ꝙ hoc nõ ſequiꝭ: qꝛ xp̃s ſm naturã humanã eſt fi Solo
lius ſuus: ſm aũt naturã diuinã nõ. Cõtra nulla 2o qd eſt
res filius alterius dr̃ gratia nature: qꝛ natura nõ eſt obiectio.
filius alicuius: ſed ꝑſona. nõ eñ dicimus ꝙ corp⁹ et
ania ſortis ſit filius platonis/ſed ipſe ſortes: igiꝭ xp̃s
in ꝑſona eſt filius ſuus ſm ꝑſonã: ꝗ aliqua res oĩ mõ
eodẽ quo generat gignit ſeipſam: vt ſic. P xp̃s eſt fi 3o
lius ſuus deꝭ iſta: Itẽ etiã eſt veꝝ ꝙ xp̃s non eſt fili⁹
ſuus: ꝗ xp̃s eſt duo filij. ſ. patris ⁊ ſuus cũ alijs: ꝭ aũt
falſum eſt: ꝗ xp̃s nõ poteſt dici filius trinitatis. Itẽ 4o
Caſſianus in. 5. li. de incarnatiõe tractãs illud apli:
Omnis ꝗ ſoluit ieſum ex deo nõ eſt: dicit ſic: Solue-
re hoc eſt qd vnitũ eſt in ieſu velle rumpe/⁊ qd indi-
uiduũ ſepare. Quid autẽ in ieſu vnitũ ⁊ indiuiduũ:
vtiqꝫ homo ⁊ deus: ꝗ ihm ſeꝑat qui hoc ſeꝑat atqꝫ diſ
rumpit: ꝗ quicunqꝫ dicit aliud cõuenire homĩ in quã
tũ eſt homo: ⁊ aliud filio dei in quãtũ eſt ꝑſona ſoluit
ieſum: ſed filiatio cõuenit ei in quantũ eſt ꝑſona: ꝗ qui
aliã filiationẽ dicit ei ſm ꝙ eſt deus/⁊ aliã ſm ꝙ ẽ hõ
ſoluit ihm: ꝗ hoc dicere nõ eſt tm̃ incõueniẽs/ſed etiã
hereticũ. Si forte dicaꝭ ꝙ filiatio nõ cõuenit ei gr̃a Solo
hypoſtaſis/ſed gratia nature: hoc eſt ridiculũ: qꝛ nul 5o
li nec deo nec hoĩ conuenit paternitas vel filiatio niſi
gratia hypoſtaſis/⁊ nõ nature. Itẽ vnio in xp̃o eſt 6o
gratia hypoſtaſis/⁊ nõ gratia nature: qꝛ nature ma
nent diſtincte: ſed vnio eſt ad eſſe/nõ tm̃ ad cõſenſum
voluntatis: igiꝭ hec hypoſtaſis eſt illa: ⁊ ꝗcquid dicꝭ
de illa ſm ꝙ eſt hypoſtaſis diceꝭ ⁊ de alia: ſed hypo-
ſtaſis eterna nõ eſt filius niſi patris tm̃. Prima ſcri-
biꝭ ab aug. ꝗ dicit ꝙ tanta fuit vnio ꝙ hominẽ deum
faceret ⁊ deũ hominẽ. Secunda ſcribiꝭ a Caſſiano ĩ
7. de incarnatiõe. ⁊ ꝑ Leonẽ papã cõtra Neſtorium
vbi ſic dicit: Tãta homĩs ac dei vnitas legiꝭ: vt ⁊ hõ
deo ſemꝑ antea coeternus/⁊ poſtea homi deus com
paſſus eſſe videaꝭ. Hec aũt inducta ſunt propter Hereꝭ lepo
quorundã ſolutionẽ erroneã ꝗ dicunt ꝙ poſſet dici fi rini mona-
lius trinitatis niſi innuereꝭ cõfuſio relationũ: tñ non chi.
diſtingueretꝭ vtrũ eſſet filius ſm naturã diuinã: aut
ſm humanã. hec eñ fuit hereſis cuiuſdã leporini mo
nachi ꝗ relationũ quaternitatẽ induxit: vt xpm du-
os filios diceret. Itẽ xp̃s nõ alia ꝑſonalitate ꝑſo- 7o
na ⁊ hypoſtaſis eſt ꝗ̃ eterna: ſed filiatiõe eterna per-
ſona ⁊ hypoſtaſis eſt: ꝗ ipſe homo etiã exiſtens ꝓpter
vnionẽ nõ diceꝭ filius niſi eterna filiatiõe per relatio
nẽ ad deũ. Sed vlterius queriꝭ vtrũ poſſet dici fi Queſtiũ ſcda.
lius ſpũſſancti: ⁊ videꝭ ꝙ ſic: qꝛ qd ex aliquo ⁊ de ali
quo cõcipiꝭ ⁊ naſcaꝭ in ſimilitudine ſubſtãne ſecũ exi- Arg. ꝓmo.
ſtens eſt filius eius: quia per hoc ꝙ dico cõcipiꝭ ⁊ na-
ſcaꝭ in ſimilitudinẽ ſubſtantie excludo omnes inſtan-
tias aug. filius aũt de ſpũſancto cõcipiꝭ ⁊ naſcitꝭ in ſi
militudine ſubſtantie ſecũ exiſtens: ꝗ eſt filius ſpũſſan
cti. Prima probata eſt. ſecunda tota ſcribiꝭ in ſymbo
lo ⁊ euangelio: quia ſymbolũ dicit ꝙ cõceptus eſt de
ſpũſancto: euangeliũ dicit natũ de ſpũſancto ⁊ cõſub
ſtantialem ſibi: quia ⁊ homouſyos patri ⁊ ſpũſancto

2° Irē Dam̄. dicat ꝙ deſcēdit in virginē verbū tanꝗ̄ diuinū ſporos .i. ſemē: ergo videt ꝙ ſpūſſanctus opabat ex ſemie: ꝛ q̄ opat ex ſemie eſt pater: ergo videt ꝙ ſpūſſanctus ſit pater chriſti.

3° Itē pfectioris agentis perfectior eſt opatio: ſed impfectior eſt opatio q̄ opat ex materia ꝙ̄ illa que pducit materiā ꝛ formā ſimul: ergo prima eſt impfectioris: ſecunda pfectioris. Si aūt ꝓpter operationē patri homi attribuit ꝙ ſit pr̄ multo magis debuit attribui ſpūſſancto eſſe patrē ꝓpter perfectiorē modū opationis.

Opiniōes. Ad hoc iterū ſoluētes ſunt mirabiles hoies ꝙ etiā hoc poſſet dici niſi in voce notaret cōfuſio .i. cōfuſio filiatiōis.

Pro veritate auctores iſti⁹ or primo ſic. Sed contra hoc ſunt auctoritates aug. ꝛ amb. dicētiū ꝙ nullo mō poteſt dici filius ſpūſſcti / cū ipe nō ſit fili⁹ niſi ſm hypoſtaſim: ꝛ hypoſtaſis in xp̄o nō ſit niſi vna / ipe non erit niſi vna filiatione filius.

2° Item ſancti dicunt ꝙ xp̄s nō eſt niſi natura filius. natura aūt filius non eſt niſi patris: ergo nō eſt filius niſi patris: ergo nō eſt filius ſpūſſancti.

Queſtiūcła 3ª Sed adhuc vlterius querit vtrū cū hac determinatione filius gratia ſit dōm: xp̄s gratia vł ſm

Arg. primo gratiā ſpūſſancti filius: videt ꝙ ſic: q: hic in lr̄a habemus ꝙ homo ille in vnitatē filij dei aſſumeret ꝙ hoc gratia nō meritis habuerit: ſꝫ oīs gratia eſt ſpūſſancti p attributionē: ergo videt ꝙ ipe ſit filius gratia ſpiritus ſancti.

At ꝙ nō p° Cōtra hoc eſt textus euangelij qui dicit Vidimus gloriā eius / quaſi vnigeniti a patre: plenū gratia ꝛ veritate: ergo plenitudo gratie eſt ei a patre: nō

2° ergo attribuit ei ex filiatiōe ſpūſſcti. Pr̄ cū dico: hic hō eſt filius gratie. aut gratia ſumit ibi pro habitu gratū faciente: aut eſt gratia faciens vnionē hypoſtaſis ꝛ pſone. Si primo mō / tunc hic hō nō eſt filius dei niſi p acceptionē gratie / ꝛ nō p hypoſtaſim: ꝛ hoc eſt hereſis neſtorij ꝛ Euticetis. Si ſcōo mō tunc eadē eſt hypoſtaſis huius homis ꝛ filij dei: ſed hec hypoſtaſis ē hypoſtaſis filiatiōe eterna tm̄: ergo hec hypoſtaſis non erit gratia ſpūſſancti.

Queſtiūcła 4ª Sed vlterius querit vtrum xp̄s ſit adoptiuus filius: ſed hoc magr̄ inferi⁹ determinabit: ideo vſqꝫ illuc eſt deferendū.

Solutio Solo abſqꝫ dubio dōm eſt ꝙ nullo mō nec gr̄a nec natura xp̄us eſt filius trinitatis: nec etiā ſpūſſancti / propter rōes ad oppoſitū / q̄ fere oēs extracte ſunt ex dictis patrū illa eīn gratia eſt gratia vniōis ſm eſſe ꝛ nō acceptationis: ꝛ ideo ſic gratia filius eſt natura filius: q: natura filius nō eſt niſi patris: ꝛ etiā hac gratia non eſt niſi filius patris: quare aūt ſit matris filius infra querit.

Ad primū dōm qō q̄rit de trini. Dicēdū ergo ad primū ꝙ hec eſt falſa ꝙ ex tali gratia dicat tritas pater noſter. imo illa: gr̄a eſt acceptationis q̄ cōſenſum volūtatis facit: ꝛ nō vnit nos deo in vnitatē pſone: ſed in vnitatē ſpūſſcti: ſicut dicit apoſtolus: Qui adheret deo vnus ſpūs eſt cū eo q̄ vnitas ſpūs eſt in cōſenſione voluntatis nō in vnitate perſone vel nature.

Ad 2m Ad aliud dōm ꝙ vis opatiua conceptꝰ q̄ eſt in ſemie intrinſeca qō generatū eſt ex ſuba generantis facit patrē hominē eſſe patrē. ſed vis que opat extrinſecus ſup materiā nō ex ſuba operātis adductā: ſed ſup alienā ꝛ aliunde aſſumptā facit opantē eſſe artificē vel opificē: ſed nō patrē. ꝛ talis fuit virtus opans in cōceptu xp̄i. vnde ꝓpoſitiuus dicit in q̄dā ſermone dn̄i tractās illud euangelij: Nōne hic eſt filius fabri: dicit eīn ꝙ filius eſt patris celeſtis. in incarnatiōe eīn illi tres magni fabri mūdi fabricatores in fabricā vteri virginalis deſcenderūt / ꝛ corpus xp̄o fabricauerunt. Opatio aūt fabri eſt opatio artificis

Ad 3m ꝛ nō nature patris. Ad aliud dōm ꝙ nos dicimur filij adoptiui in qua filiatiōe nō pōt xp̄s dici filius: ſicut magiſter infra oſtendet: ideo nō eſt ſimile quia ſua gratia eſt vniēs ad eſſe vnū in perſona. noſtra aūt ad eſſe vnū in cōſenſione voluntatis tm̄.

Ad 4m Ad aliud dicendū ꝙ deciſio que eſt patrū eſt ex ſubſtātia propria ꝛ nō aliena: ſicut trinitas decidit de corpore virginis ꝛ virtꝰ formatiua eſt originata in ſemie de generatia patris: ꝛ talis nō fuit virtus opans cōceptū xp̄i: ꝛ iō obiectio illa nō procedit.

Ad 5m Ad aliud dicendū ꝙ licet deus formet corpus ꝛ animā: nō tamē dicit pat chriſti deus trinitas propter diſſimilē modū formatiōis vt dictū eſt.

Solo ſcōe q̄ſtiūce. Ad aliud qō vlterius querit vtrū xp̄s dicat filius ſpūſſancti: dicendū ꝙ nullo modo catholice poteſt dici filius ſpūſſancti.

Ad primū Ad id aūt qō obijcitur primo dicendū ꝙ xp̄s nō eſt cōceptus ꝛ natus de ſpūſctō vt ex patre: quia nō de ſubſtātia deciſa a ſpūſancto vel virtute formāte originalit̄ accepta ab ipſo ſed ex ipō natus ꝛ cōceptus eſt / ſicut ex poteſtate operantis extrinſecus: ꝛ ideo nō eſt pater eius / nec filius habet idemptitatē ſube cū ſpūſancto ſm ꝙ opat natura ſm ſubſtantiā ſpūſſancti: quia illa natura eſt humana in qua ſpūſſanctus non cōuenit cū xp̄o.

Ad 2m Ad aliud dicendū ꝙ Joh. dam̄. nō dicit ꝙ verꝫ ſemē deſcendit in virginē: ſed diuinū ſemē vt p duo li diuinū ſemē extrahat extra rationē ſeminis. diuinū eīn ſemē nō poteſt eſſe pars ſubſtātie dei: q: ſubſtantia dei eſt indiuiſibil: ſed hꝫ aliqd de virtute dei. Itē tanꝗ̄ diuinū ſemē min⁹ adhuc dicit ꝙ̄ diuinū ſemē. vnde diuinū ſemē pūat rationē ſubſtātie ſemis: tanꝗ̄ autē virtutē priuat opantē ſeminis que eſt intrinſeca ꝛ naturalis qualis vis ad formationē corporis xp̄i nō fuit in carne ſepata. vnde nō remanet de ꝓprietatibus ſeminis ex quo tollit virtus ꝛ ſubſtātia intrinſeca formatiua niſi opatio ipa ꝛ illa fuit ibi: q: cōceptus conuertebat / formabat / ꝛ figurabat ad cōuerſionē ſpēi / ꝛ formā corporis / ꝛ figurā lineamētoꝝ corporis aliorū hominū: ꝛ hoc opatiōe ꝛ virtute ſpūſſancti. vnde ex hoc nō ſequit ꝙ opabat ex ſemie.

Ad 3m Ad aliud dicēdū ꝙ perfectiori agenti debet pfectior operatio: ſꝫ nō ſequit ꝙ illa opatio in operante facit rationē patris. bene eīn cōcedo ꝙ opatio ſpūſſancti eſt pfectior ꝙ̄ patris carnalis: nō tamē fuit illa opatio p modū patris

Ad q̄ſtiūculam tertiā ꝛ ad oba. Ad id qō vlterius querit vtrū cū hac determinatiōe ſm gratiā ſpūſſancti poſſet dici pater xp̄i: dicendū ꝙ nullo modo dicendū eſt: quia gratia eſt ad eſſe vnū in pſona: ꝛ filius nō dicat aliqs patris niſi in perſona ꝛ gratia pſone. vnde illa obiectio nō procedit. ꝛ bene cōcedo ꝙ illa ſolo erronea eſt ꝛ cōtraria dictis ſanctoꝝ ꝙ poſſit i re ꝯcedi ſi nō accederet cōfuſio i ſignificatōe relationū: ſicut expreſſe probatū eſt. ꝛ dicūt ſancti ꝙ cōceſſio noſtra p ſermonē vel negatio nō facit rē ſic eē vel nō eſſe. vnde ita eſſet ꝙ xp̄s eſſet filius gratia ſpūſ ſancti qō ſancti negant rationibꝰ inductis.

An virgo glorioſa vere fuerit mater xp̄i: ꝛ an theotocos vł xp̄otocos dici debeat. Arti. V E

Einde querit de hoc qō dicit: [Sic aūt de il-

b la vt matre natꝰ. ꝛc.] ꝙ̄. a. Hoc eīn videt falſum: mater eīn eſt que virtute actus ſue ꝓprie generatiue de ſubſtātia ſui corpis materiā cōceptus deſcindit. vt quidā dicūt: ſed deciſio puriſſimi ſanguinis facta eſt per ſpm̄ ſanctū: vt ſupra habitū eſt in auctoritate dama. ergo beata virgo nō fuit mater chriſti. Si forte dicat ꝙ mater dicat gratia materie q̄

Rō prima q̄ pbat ꝙ materia fuit ha mī xp̄i. Solo.

Obiectū accepta eſt ab ipa ꝛ gratia nutritiōis cōcept⁹ q̄ facta
eſt in ipa ſm hoc ea eſſet mater ſtatue/qḋ falſum eſt:ḡ
Opinio aliorum. videt̄ ꝙ nō fuit vera mater eius. Adhuc quidā di-
cunt ꝙ vegetatio embrionū eſt in matre ad modū plā
te/eo ꝙ per cotilidictiōes alligat̄ matrici ꝛ a neruis
matris accipit ſenſum ꝛ motū:ab arterijs aūt ſpiritū
vitalē ꝛ pulſantē a venis ſuū nutrimentū ꝛ ſpm̄ natu
ralē:ꝛ ita volūt ꝙ oēs motus formatiōis ꝛ nutritio
Ob° ꝓma. nis ꝛ vegetatiōis ſint ab aīa matris. Sed contra
ſemē proiectū ad matricē aut habet motū naturalem
ad ↄuerſionē aut vegetationē/aut nō.ſi habet natura
lē:ḡ a principio intrinſeco ſibi:ſed anīa matris nō eſt
principiū ſibi intrinſecum:ḡ nō mouetur ab anīa ma
tris.ſi nō habet motū naturalē/tūc oīs generatō ho
2a minis eſſet innaturalis. ꝗ detur hoc ꝙ mouetur
ad modum plante in terra.planta autem in terra nō
accipit niſi materiā ꝛ nō virtutē formatiuā ꝗnimo il
lā habet vel a ſtellis vel in ſemīe plante eſt:ḡ ꝛ conce-
3a ptus in matre formatiuā nō accipit a matre. Item
phus dicit ꝙ in ſolis vegetabilibꝫ virtus ſemīe ꝛ ma
ſculi eſt in vno:quia plante vbiqꝫ impregnāt ꝛ impre
gnant̄.in omnibꝫ aūt ſenſibilibꝫ virtus formatia nō
eſt a matre/ſed a maſculo:ḡ nō eſt hoc matris ꝓꝓrium
ꝙ mouet ad formā ꝛ vegetationē:ꝛ quia hoc creditū
eſt apud eos qui nouerunt opinionē ariſtotelis ſꝫ tā-
Queſtiūcla te rei talis diſputatio nō congruit dimittatur illud.
2a Et querat̄ vtrum beata virgo debeat dici theoto
Rō ꝓma ꝓ veritate. cos/vel tm̄ xpotocos:vt dixerunt quidā heretici:vi-
det̄ aūt ꝙ debeat dici theotocos:q: ſic dicit Dam̄.3.
li.ca.xij.Theotocon.i.dei genitricē principalit̄ ꝛ ve-
re mariā predicamus virginē:ſicut eñ deus vere eſt
2a qui ex ipa nat⁹ eſt:ita vere theotocos.i.dei genitrix
eſt que veꝝ deū ex ipa incarnatū genuit. Itē dam̄.
ibidē:Nō hoiem nudū genuit ſctā virgo:ſꝫ deū veꝝ.
nō nudum:ſed incarnatū:nō celicū corpus ſubducen
tē:ꝛ vt ꝑ ſolma.i.canale ꝑ ipam tranſeuntē:ſed ex ipa
homouſyon id ē cōſubſtantialē nobis carnē aſſumen
3a tē/ꝛ in ſeipo ſubſiſtentē. Itē ibidē iuſte ꝛ vere theo-
tocon.i.dei genitricē ſanctā mariā nominamus:hoc
eñ nomē vniuerſum myſteriū incarnationis conſti-
tuit.Si eñ theotocos.i.dei genitrix q̄ genuit oīo de
4a us qui ex ipa natus eſt/oīno aūt ꝛ homo. Itē ibi-
dē xpotocon.i.xp̄i genitricē nō dicimus virginē:qm̄
in deſtructionē theotocos.i.dei genitrix vocis neqꝫ ꝛ
inquinatus ꝛ ſimilis iudeo froneſtarius qui vas de-
honorationis in honorationē ſolius nature dehonora
re ſup omnē creaturā theotocon.i.dei genitricem:ꝛ ſi
ipe reſcandat̄ cū patre ei⁹ diabolo inuenit.In iſta au-
ctoritate nō eſt diſſimile iudeo froneſtarius/hoc ē he-
reticus qui vas dehonoratiōis eſt:ꝛ froneſtarius iu
deo ſimilis fuit.i.habēs froneſim iudei vel iudeoꝝ di
centiū xp̄m eſſe purū hominē inuenit hoc nomē ex pa
Arg.primo ꝙ nō. tris ſui diaboli mendacijs. Sed contra ſm hoc eſt
mater ſm qḋ dedit:ſed nō dedit naturā niſi hominis
2o igit̄ ipa nō debet dici vt videt̄ theotocon Item ſm
hoc eſt mater ſm ꝙ eſt cōſubſtantialis:ſed nō eſt con-
ſubſtantialis niſi ſm naturā humanā:ḡ nō debet di
ci mr̄ niſi q̄ ad hoc ꝙ ē hūane nature.ꝛ ſic iteꝝ ſequit̄
3o ꝙ nō debet dici theotocon. Itē quid obeſt ſi dicat̄
xpotocon:ſicut eñ dicit amb.in nomine xp̄i nō modo
dico diuinitas:ſed trinitas intelligit̄:cū igit̄ xp̄s in-
telligit̄ vnctus ſm naturā humanā:ꝛ vnctio ſm na
turā diuinā.videt̄ ꝙ nulla ſit ei dehonoratio ſi xpoto
4o con dicat̄ Itē habitū eſt ſupra ꝙ chriſtus vna filia-
tione filius eſt:ꝛ illa filiatio eſt eterna.ſm hanc igit̄ fi
liationē nō eſt filius virginis:ꝛ nō habet aliā/vt pro
batū eſt:ergo nullo modo eſt fili⁹ virginis:ergo ipſa
nec theotocon nec chriſtotocon dici debet. Solu- Solutio
tio.dicimus abſqꝫ dubio ꝙ glorioſa virgo veriſſime ad ꝓncipale
mater chriſti eſt:ꝛ quia hoc collatū eſt ei vt poſſet vir- q̄ſitū.
go fieri mater chriſti a gratia:ſed collatiōe facta natu
raliter ipa mater chriſti eſt.ſicut aūt in diſtinctiōe ꝑ-
cedenti habitū eſt:nō eſt matris ꝙ ipa eſt conuerſiua
ad ſpēm ꝛ formatiua membroꝝ ↄceptus:ſed ſunt ei⁹
opatiōes ad meliorationē cōplexiōis ex materia ꝛ di
ſponētibꝫ virtutibꝫ ex cōplexiōe matricis ꝛ nutrimē-
ti:nec hoc preſumo dicere ꝙ ipa ſanguinē formandū
in corpus chriſti deciderit:quia dicit auctoritas Da
ma.ſupra habita ꝙ ſeparationē illā fecit ſpūſſanctus
ſed hoc veꝝ eſt:quia fidei meritū in ipa diſpoſuit ad h̄
ꝙ hoc in ea fieret:ꝛ hoc eſt qḋ dicit beatus Bern̄.in
ſ.de cōſideratōe his verbis ſiue cōiunctis ſiue diſiun
ctis duobꝫ.ſ.anima ꝛ carne:nihilominus ꝑſeuerauit
in tribus vnitas perſonalis eque vnus xp̄us vnaqꝫ
perſona/verbū/anima ꝛ caro:etiā mortuo homie ꝑ-
durauit in vtero virginis:vt ſentio ego cōmixtio hec
ſiue fermentatio facta eſt:ꝛ ipa mulier que miſcuit ꝛ
fermentauit.nā fermentū nō imerito dixerim/fortaſ
ſe fidē marie beata plane que credidit qm̄ ꝑfecta ſunt
in ea que dicta ſunt ei a domino.perfecta aūt non eſ-
ſent ſi quominus iuxta verbū dei eſſet fermentatum
totū:ꝛ perpetuo fermentatū ſeruans nobis tā i mor
te q̄ꝫ in vita pariter vnū atqꝫ integrū mediatorē dei ꝛ
hominū cū ſua deitate hominē chriſtū ieſum.Scōm
hanc auctoritatē oportet ꝙ beata virgo miſcuit ꝛ fer
mentauit.i.ad mixtionē/hoc eſt ad vnionē ꝛ fermēta
tionē ꝛ congruitatē materie operata eſt merito fidei:
q: cōmixtio illa hic nō eſt niſi vnio triū ſatoꝝ.i.corpo
ris ꝛ anime ꝛ deitatis:ꝛ fermentatio maſſe virgina-
lis nihil aliud eſt q̄ꝫ maturitas ↄgruitatis. Ad hoc Ad obonē
qḋ obijcit̄ de ere in ſtatua dicendū ꝙ nō eſt ſimile:q̄a ↄ primū.
es ē tota materia ſtatue ſm ſe totū:ꝛ ꝑterea nō opera
tur ſecundis actibus ad ſtatue figurā ꝛ vegetationē
ꝛ nutrimentū ꝑ virtutē intraneā ipſi eri. Ad id qḋ Ad alia obā
obijcit̄ de ſolutione quorundā dicendū ꝙ illa ſuſpen
ſio nō oſtendit ex matre eſſe niſi operatiōes ſecundas
quia principalis eſt in ſemine viri.in cōceptu aūt vir-
ginali fuit ex opere ſpūſſancti. Ad id qḋ vlteri⁹ q̄- Ad q̄ſtiūcu
ritur vtrū beata virgo poſſet dici xpotocon:dicendū lā ſcḋam.
ꝙ nō abſolute:quia ſicut dicunt dama.ꝛ ambro.fro-
neſtarij iudeoꝝ:vt paulus ſamaſatenus ꝛ neſtorius
ꝛ eutices ꝛ pelagius inuenerunt hoc in diminutōnē
honoris beate virginis:vt.ſ.tm̄ xp̄s ꝛ nō deus eſſet
qui ex beata virgine eſt natus:ꝛ ideo cū etiā verba et
nomina(vt dicit Hiero.)cū hereticis cōmunia habe
re nō debeamus nō eſt hoc abſolute recipiendū Ad Ad primū
id aūt quod cōtra obijcit̄ dicendū ꝙ nala ꝓꝓrie nō eſt ꝛ 2m q̄ſitū.
nature:ſed perſone vel hypoſtaſis ꝑ ſe:ꝛ ideo nat⁹ eſt
hypoſtaſis deus ꝛ homo vnus perfectus qui filius
eſt matris ꝛ pr̄is celeſtis ſm duas natiuitates ipſi⁹
Argumentatio aūt illa ꝓcedit/ac ſi gratia nature na-
te diceretur mater ꝛ natus:ꝛ hoc non eſt veꝝ. Ad Ad 2m
aliud dicendū ꝙ cōſubſtantialitas parentis ad natū
eſt per conſequens ſm intellectū ꝛ non primo.primo
eñ ꝛ principaliter hic genuit hunc:ſꝫ quia genuit de
ſua ſubſtantia:ideo eſt conſubſtantialis.vnde cū na-
tiuitas reſpiciat eſſe hypoſtaſis ꝛ perſone primo ꝛ ꝓn
cipaliter.naturam autē per poſterius ipa dicatur mr̄

xp̄i ſm hypoſtaſim/que hypoſtaſis eſt deus ⁊ homo ⁊ ideo ipa eſt mater dei ⁊ hominis:licet nō ſit cōſubſtantialis niſi quo ad naturā humanā tm̄:quia conſubſtantialitas ex intellectu ſuo nō dicit niſi cōuenientiā in ſubſtātia.natiuitas aūt eſt pſone primo ⁊ per ſe

Ad 3m nature per conſequens ⁊ poſterius. Ad aliud dicendū q xpotocon nō eſt dicenda:quia licet in chriſto intelligat̄ vnctio:tamē nō neceſſario ponit vnctionē deitatis:ſed gratie/ſicut dicit̄: Nolite tangere xp̄os

Ad 4m meos. Ad hoc qd̄ vlteri⁹ obijcit̄ ſine preiudicio dicendū q xp̄us tm̄ vna filiatiōe filius eſt:ſed habet duas natiuitates:ſed ex altera natiuitate.ſ.terrena non innaſcit̄ ei noua filiatio/que determinet hypoſtaſim ipſius:tamē parēti innaſcit̄ nouus reſpectus ad ipm ſicut eſt videre in ſimili.nec eīm dicimus q alia filiatione ſoror.ſit filius patris ſui/⁊ alia filiatiōe filius matris ſue:ſed eadē.ſed tamē alius eſt reſpectus patris ad filiū:⁊ alius reſpectus matris: ⁊ ideo chriſtus ex natiuitate humana quā vere habet veriſſime fac̄ matrē habere reſpectū relationis ad ipm in cōformitate ſubſtantie terrene:ſed tamē aliā filiationē ipſe nō habet:qua filius ſit q̄ illā quā habet ab eterno. filiatio eīm determinat hypoſtaſim que tm̄ vna eſt in chriſto ⁊ in vno inquantū eſt vnū:⁊ ſm vnū nō cōuenit eſſe duas qualitates eiuſdē ſpēi ſm duas relationes: et ideo vna filiatione eſt filius patris ſm generatiōem eternā:⁊ eadem filiatione eſt filius matris ſm generationem temporalem.inueniunt̄ autē quidā aliter dicentes/ contra quorū opinionem diſputare eſt longum. hoc autem quod hic dictum eſt concordat dictis ſanctorum.

Artic. VI. F · Item queritur quare aliquid natū de alio dicitur filius:⁊ aliquid nō. ⁊ quare renati ex aqua ⁊ ſpirituſancto non dicantur filij aque ⁊ ſpirituſſancti.

Einde querit̄ de hoc qd̄ dicit [Aliter de homi

Querit̄ p° D ne naſci filiū:aliter capillū.⁊c.] d̄.b. Dubitatur eīm quare hoc ſit q aliqd natū de aliq̄ dici

2° tur filius:⁊ aliquid nō dicit̄ filius. Itē de hoc queritur qualiter aliqui renati ex aqua ⁊ ſpūſancto nō dicantur filij aque ⁊ ſpūſſancti:ſed potius dei patris ⁊ matris eccleſie ſue. mater eccleſia eſt cōgregatio fidelium:⁊ mater miniſtrat materiā ad fetū/deberet mater eccleſia miſtrare materiā in hoc partu:⁊ hoc nō eſt verū:quia nec gratia eſt ex ipa/nec materia corporis/

Solō ad primū ſm quā materiā homo generatur. Ad primū dicēdum q nō d̄r filius niſi tria cōueniāt in nato.ſ.materia que eſt in potentia totū corpus ⁊ virtus formatiua in illa materia. ſcd̄m q hec debet eē deciſa p actū gnatiue virtutis in parentib⁹. ⁊ tertiū q natus terminet̄ p naturā ⁊ reducat̄ in ſimile ſm ſpēm ⁊ formā ipſi generanti. Capilli aūt nō generant̄ ſic:ſed potius ex fumoſo nutrimēto groſſo terreſtri pertingente ad pellē generant̄ capilli.lumbrici aūt ex putrefacto nutrimēto in inferiori aluo:vt dicit phus. Cum eīm putreſcit nutrimentū exalat calor naturalis qui ſecū humidū naturale trahit:qd̄ quia viſcoſum eſt exterius ambit̄ in modū pellis/que pellis exalatū calidū cōtinet i ſe in humido extracto qui calor cū euaporare nō poſſit in ſpm̄ cōuertit̄:⁊ educit animā ſenſibilē:⁊ generatur vermis longus vel breuis ſm ꝯplexionē materie:ſed forte anima ſenſibilis dat̄ virtute ſtellarū. hoc tamen planū eſt q nec materiā nec virtutē formatiuā habet generatiōis hominis:nec in ſimile ſpēi ⁊ forme terminat̄

Ad 2m Ad hoc aūt quod vlterius querit̄ dicendū q aqua non eſt ibi niſi ſicut materia in qua ſumit̄ ſimilitudo ſenſibilis ad ſignificationē ſacramenti:per quā ſimilitudinē nō ex aqua ſed ex ſanctificatione cauſet: et ideō cū mater aliquo modo cauſet/aqua nō poteſt dici mater. Spūs aūt bene dicit̄ pater ſpūalis.pater eīm ſpiritualis nō eſt pater abſolute:ſed dicit̄ trāſlatiue/eo q ſua virtute dat eſſe ſm ſpm̄:⁊ hoc eſt bene eſſe. Eccleſia autē dicit̄ mater nō proprie/ſed per tranſlationē/ eo q in matrice effectus ſui parturit nos donec chriſtus formetur in nobis.

An aliqui poſſunt dici filij gehenne. Arti. VII

B Einde querit̄ de hoc quod dicit: [Filij gehen

D ne nō ex illa nati:ſ; in illā preparati.⁊c.] d̄.c

Ex hoc eīm q aliquid cōparat̄ ad aliquid poſt ſuū eſſe nō poteſt habere ratiōe filiatiōis ad illud:cū ergo ad gehennā nemo cōparat̄ niſi ex poſt facto/ qd̄ ſequitur eſſe:videt̄ q nō debeāt dici filij gehēne So

Solutio pncipalis lutio.filius claudit in ſe tria.ſ.de ſubſtantia natū eſſe parentis:⁊ diſciplinā habere parentū.ſicut dicit apoſtolus Heb.12.q ſi extra diſciplinā eſtis cuius participes facti ſunt omnes:ergo adulteri ⁊ nō filij eſtis. Tertiū eſt ius hereditatis paterne:⁊ primū quidē filij gehēne nō habēt a gehenna:⁊ hoc eſt quia hoc ſolū cōſequit̄ natiuitas:ideo nō ſunt a gehēna nati:ſ; medio ſunt preparati in illā gehēnalibus actibus. ⁊ tertiū cū poſſidebunt gehēnam:quia per actus habebūt eam iure hereditario.

An aliqua merita pceſſerāt incarnationē. Arti. VIII.

D Einde querit̄ de hoc qd̄ dicit: [Inſinuat no-

Arg. p̄mo q ſic. D bis gratiā dei q̄ hō ille nullis pcedētib⁹ meritis.⁊c.] d̄.d. Videt̄ eīm q merita multa preceſſerunt incarnationē:quia ita dicit ad abraā Geñ. 14: Ego ero merces tua magna.vbi ſe promittit incarnandū:ſicut dicunt ſancti.merces aūt debet̄ me-

2° rito. P ſancti crediderūt hoc ⁊ fides eſt meritū:er-

3° go merita preceſſerūt. Itē Eſa.26. In ſemita iudiciorū tuorū ſuſtinebimus te.ſuſtinere aūt in ſemita iudiciorū meritū eſt iuſtitie:ergo ex meritis patrū hoc ē

4° datū. Itē ad Heb.12. Hij omēs teſtimonio fidei pbati inuenti ſunt:nō ſuſcipiētes repromiſſiōe a deo aliquid melius prouidente:ergo merito fidei probatis

Solō Obiectio dabat̄ ē ex debito/⁊ nō ex gratia. Si forte dicat̄ q nō eſt tale bonū qd̄ merito debeat̄ Cōtra maior eſt gloria q̄ quecūq; gratia:ſed gloriā poteſt aliquis mereri:ḡ multo magis gratiā.ſed inter gratias ordinatas ad glīam eſt gratia redemptiōis facta p xp̄m:

Solutio ad rōnes q̄ ſūt ꝯcedēde ḡ videt̄ q cadat ſub merito. Solutio.rōnes inducte in nullo ſunt cōtra id quod d̄r in lr̄a:quia in littera dicit̄ q ille homo nō habet ex meritis precedētib⁹ eo q nō erat anteq̄ eſſet vnitus deitati:⁊ anteq̄ erat

Ad 2m mereri nō poterat. Ad id aūt quod querit̄ vtrū eēt meritū aliquod eccleſie: dicendū q eſt meritū cōgrui ⁊ eſt meritū cōdigni ſiue debiti:⁊ meritū congrui potuit precedere quo.ſ.cōgruentius daret̄ q̄ſi nō eſſet meritū tale:ſed nō dabat̄ merito cōdigni ſiue debiti. vñ ad Titū.2. Apparuit gr̄a dei ſaluatoris nr̄i oībus hominib⁹ nō ex opib⁹ iuſticie q̄ fecimus nos:ſ; ſm ſuā miſcōiam ſaluos nos fecit. ⁊ bene cōcedo q nō ca-

Ad obiectū ꝯ ſolōnē. dit ſub merito cōdigni. Et ad hoc qd̄ cōtra obijcit̄ dicendū q gloria cadit ſub merito etiā id qd̄ ordinat̄ ad gloriā:licet nullus poſſit mereri primā gratiā: qa

aliter gratia eſſet ante primã gratiã: ſed incarnatō nō ſubſtantialiter ordinaꝛ ad gloriã: qꝛ dicit aug. ꝙ ali⁹ modus erat poſſibilis: licet nullus cõgruentior ad ſanandã noſtrã miſeriã: vel poteſt dici ꝙ licet gloria cadat ſub merito cõdigni vel debiti: non tamē ſequiꝛ ꝙ oē id cadat ſub merito cõdigni / qḋ ordinaꝛ ad gl'iam quia prima gratia etiã qñ alius primã gratiã mereꝛ nō cadit ſub merito cõdigni ſiue debiti: ſed ſub merito cõgrui. vnde patet ꝙ argumentũ iſtud non ſequiꝛ ex quo patet ſol'o oĩum argumentoꝝ q̄ ſunt inducta.

Arti. IX J — An gratia ſit naturalis chriſto.

D — Einde queriꝛ de hoc qḋ dicit: [Fieret quodãmō ipſa gratia illi homī naturalis. ⁊c̃.] ſup̃. c.

Arg. primo — Cõtra nulla gratia eſt naturalis: ſed donum dei cõſequens naturã / ⁊ pficiens eã in bene eſſe: ḡ nō eſt naturalis.

Solutio — Sol'o. triplex dr naturale. ſ. qḋ ē de eſſe naturali aliquo modo: ⁊ qḋ nō poteſt relinquere naturã: ⁊ qḋ cauſaꝛ ab aliqua parte nature p ſe. ⁊ his tribꝰ modis dicitꝛ gratia naturalis xp̄o. grã eñ vnionis nō eſt habitus acceptiōis ⁊ gratificatiōis in xp̄o: ſed eſt faciēs vnũ eſſe pſone filij dei ⁊ filij homīs. et ſic gratia illa eſt de eſſe. habitus aũt gratie in virtutib⁹ ⁊ alijs gratijs nō poterat relinquere ſubiectum: ⁊ ſic habebat ꝛtꝛ ꝓprietatē ⁊ ſimilitudinē rei naturalis q̄ nunq̄ relinquit id in quo eſt. Tertio mō dicitꝛ etiam gratia naturalis: qꝛ p ſe cauſaꝛ gratia a deitate q̄ eſt: ⁊ erat altera naturaꝝ in xp̄o: ⁊ hoc modo itelligit auctor qḋ hic dicat.

Ad primũ — Ad id ergo qḋ obijciꝛ ꝙ gratia eſt de cõſequentibꝰ eſſe / poteſt dici ꝙ hoc veꝝ eſt in alijs creaturis rationalibꝰ que nō ſunt vnite deitati in pncipio ſui eſſe. vel dicaꝛ ꝙ hoc eſt veꝝ quantũ ad ordinē rationis / qui eſt inter eſſe ⁊ bene eſſe: ſed non oportet ꝙ hoc ſit ſꝫm tempus.

Arti. X. K — An verbo poteſt dici humana natura concreata: ⁊ an corpaliter diuina grã repleta.

D — Einde queriꝛ de hoc qḋ dicit [Ineffabili modo verbo dei eſt adiunctus atq̄ cõnexus ⁊c̃.]

Queſtio pᵃ — ſ̃. f. Videꝛ aũt ꝙ nō cõcretũ: qꝛ cõcretũ denominat ſubiectũ vt accñs. vnde videꝛ ꝙ alia iſtarũ naturaꝝ vergit in accñs.

2ᵃ — P̄ queriꝛ de hoc qḋ dicitur corporaliter repletus: qꝛ corpus nō eſt propriũ ſubiectũ diuine gratie: ḡ xp̄s diuina grã nō eſt corporaliꝛ repletus.

Sol'o ad primũ. — Solutio. quidã dixerũt ꝙ humana natura in xp̄o vergit in accñs: ⁊ ideo nō facit in eo pſonalitatē / nec pſonã: ſed ego nō audeo hoc dicere: tamē īfra de hoc tractabiꝛ. ſed hic dicendũ ꝙ cõcretus capitur

Ad 2ᵐ — improprie pro vnitus: ⁊ ſic ceſſat obiectio. Ad aliḋ. dḋm ꝙ corporaliꝛ repleri dicitꝛ quo ad gratiã vniōis vnio aũt eſt ad corpus ⁊ ad animã / licet ergo non ſit ſubiectũ corpus gratie in qua ſunt habitus virtutũ tñ corp⁹ xp̄i deitati vnitũ poteſt dici ſubiectũ diuine gratie: quia in ipo (vt dicit aplus) plenitudo deitatis habitauit corporaliter. Alij tamē voluerunt ſubtili⁹ dicere ⁊ minus ad propoſitũ dicentes ꝙ ſunt tres dimenſiones gratie diuine / quaꝝ vna eſt ſimplicitatis dei gratia cuius deus eſt in omnibꝰ / attingens a fine vſq̄ ad finē fortiter / ⁊ diſpōnes omnia ſuauiter quaſi protenſiōe a puncto principij primi vſq̄ ad vltimum punctũ creature nouiſſime / ſꝫm ꝙ deus eſt in omnib⁹ eſſentialiꝛ / preſentialiꝛ / ⁊ potentialiter. ⁊ iſta eſt dimēſio longitudinis p modũ longitudinis p oēs gradus entiũ. Eſt aũt dimēſio per modũ latitudinis: ſꝫ in lõgitudine magis cõtracta / ſꝫm quã deus per charitatē ⁊ gratiã inhabitat in ſanctis / de qua inhabitatiōe dicitꝛ lautũ mãdatũ tuũ nimis. Tertio modo coniungit duos priores in chriſto: ⁊ adiungit profundũ ſoliditatis gratie vnionis in eſſe perſone. ⁊ ſic quaſi trina dimenſione inhabitat in chriſto / bina in ſanctis ⁊ vna in omnibꝰ. Alij exponunt ꝙ corporaliter dicatur hic figuratiue: quia vmbra nō eſt niſi ex obiecto alicuius corporis qḋ ſtat ante lucē. vnde in vmbra huius gratie patres fuerunt. corpus autē veritatis gratie xp̄s: ſed redemptio ſequens eſt lumen.

Alia ratio quare dicatur natus de ſpirituſancto.

Poteſt etiã dici chriſtus ſꝫm hominē ideo natus de ſpũſancto: quia eũ fecit. inquantũ eñ homo eſt ⁊ ipe factus eſt: vt ait apoſtol⁹: Cõceptus ergo ⁊ natus de ſpirituſancto eſſe dicitur: nō ꝙ ſpirituſſanctus fuerit virgini pro ſemine: nō enim de ſubſtantia ſpirituſſancti ſemen partus accepit: ſed quia per gratiã dei ⁊ operationē ſpirituſſancti de carne virginis ē aſſumptũ quod verbo eſt vnitũ. Et in euangelio ſꝫm hanc intelligentiam legitur de Maria ꝙ inuenta eſt in vtero habens de ſpirituſancto. Cuius dicti rationē Ambroſi⁹ inſinuans in. iij. libro ḋ ſpirituſancto ait: Quod ex aliquo eſt: aut ex ſubſtantia aut ex poteſtate eius eſt. ex ſubſtantia ſicut filius qui a patre vel ex patre: ⁊ ſpirituſancto qui a patre ⁊ filio procedit. Ex poteſtate autē ſicut ex deo omnia. Quomodo ergo in vtero habuit Maria ex ſpirituſancto? Si q̄ſi ex ſubſtantia: ergo ſpiritus in carnem ⁊ oſſa cõuerſus eſt: non vtiq̄. Si ṽo quaſi ex operatione ⁊ poteſtate eius virgo cõcepit: quis neget ſpiritũ ſanctũ dominice incarnationis auctorem. a b Math. I. c

Arti. XI L — Cum dicaꝛ in ſymbolo: Qui conceptus eſt de ſpirituſancto: natus ex maria virgine: an vtrunq̄ poteſt dici.

D — Einde queriꝛ de hoc qḋ dicit: [Cõceptus ergo ⁊ natus de ſpirituſancto. ⁊c̃.] ſ̃. a. Symbolũ eñ nō ſic videꝛ habere: ſed ſic: qui conceptus eſt de ſpũſancto: natus ex maria. Queriꝛ ḡ vtꝝ cõuenienter vtrũq̄ poteſt attribui ſpũſancto: ⁊ videtur ꝙ nō: quia rōne natiuitatis dicitꝛ filius. vñ ſi dicaꝛ natus de ſpũſancto videbiꝛ filius eſſe ſpũſancti. P̄ nō ſic operatus eſt ſpũſanctus ad natiuitatem ſicut ad cõceptionē: quia in cõceptiōe cõuertit / ſeparauit / formauit / diſtinxit / ⁊ vniuit: ergo nō debet ei attribui.

Sol'o — Solutio dicendũ ꝙ cõgruentius attribuiꝛ ei cõceptio q̄ȝ natiuitas: tamē vnũ propter alteꝝ pōt attribui ei. nec ex hoc ſequiꝛ ꝙ ſit filius: quia nat⁹ de aliquo operante nō ponit filiationē ad illũ: ſed pon̄⁹ natus de illo ſubſtantialiter. vel poteſt dici ꝙ eſt natiuitas in vtero que eſt per informationē ⁊ infuſionem anie quã in cõceptiōe fecit ſpũſanctus: de qua dicitꝛ Math. I. Qḋ in ea natum eſt de ſpũſancto eſt: et hec eſt natiuitas q̄ hic ſpũſancto attribuitur.

An poteſt concedi ſpiritumſanctũ ex Ma

Arti. XII M ria virgine genuiſſe filium per gratiam.

Einde querit de hoc qd dicit: [Quia per gra

d tiam dei ⁊ operatione ſpūſſancti de carne vir

ginis ⁊c.] ſ.b. Queritur verū ratione huius gratie poſſet cōcedi ſpūſſanctus ex maria virgine genuiſſe filiū: videt quod ſic: quia Math.3. ſup illud: Potens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios abrae dicit gloſa: In huius rei teſtimoniū deus de ſara genuit filiū: cū igit deus de ſara nō materialiter vel ſeminaliter genuerit/ſed per effectū gratie videt quod hic multo magis hoc poſſit dici/vbi maior eſt gratie effe-

Solo ctus. Solutio nullo modo debet concedi quod ſpūſſanctus genuerit filiū ex Maria virgine. ⁊ illa gloſa que inducta eſt impropria eſt: ⁊ eſt ſenſus: genuit: id eſt fecit quod naſceretur.

Einde ſuper illud: [Ex opere ⁊ poteſtate eius

d virgo cōcepit. ⁊c.] ſ.c. Accipe auctoritatem Hug. de ſancto Victore/qui huius ratōnem reddit his verbis: Cōcepit maria de ſpū ſancto: nō quod de ſubſtantia ſpūſſancti ſemē partus acceperit: ſed quia per amorē ⁊ operationē ſpūſſancti ex carne virginis diuino partui ſuba miſtratur: nā quia in corde eius amor ſpiritusſancti ſingulariter ardebat: ideo in carne eius mirabiliter faciebat: cuius dilectio quia i corde non ſuſcepit ſocium: operatio in carne illius nō habebat exemplum.

Quare apoſtolus dicat chriſtū factū cū nos eū eſſe fateamur natū

Sed queri poteſt cum nos ſaluatorē natū p-

Roma.1. fiteamur: cur apoſtolus eū factū dicat ex ſe-

Gal.4. mine dauid: ⁊ alio loco factū ex muliere: cū aliud ſit fieri aliud naſci. Aliquid ergo ſignificauit hoc dicto: quia enī nō ab hūano ſemine cōgregata eſt caro domini in vtero virginis: ⁊ corpus effecta. ſed effectu ⁊ virtute ſpiritusſancti: ideo apoſtolus dicit factū nō natum. Aliud enī eſt ſemine admixto ⁊ ſanguinis coagulo generare. aliud eſt nō permixtione: ſed virtute procreare. poſſunt enī homines generare filios: ſꝫ nō facere. Ecce quare dicit apoſtolus factū ⁊ non natū: ne ei⁹. ſ. natiuitas que fuit ſine virili ſemine noſtre ſimilis putaretur que cōficitur ſeminū cōmixtiōe Ideo autē cū factū diceret apoſtolus addidit ex ſemine dauid. ⁊ quia ſi nō interceſſit ſemē hominis in cōceptione virginis: tamen quia ex ea carne chriſtus formatus eſt que cōſtat ex ſemine: recte dicitur quia factus eſt..

Arti. XIII. Quid differant generare ⁊ facere.

Ed queri poteſt cū nos ſaluatorē. ⁊c.] Hic in

f cipit pars que cōtra totum precedens eſt diuiſa: vbi querit magiſter vlterius cur apoſtolus dicat eū factū ex ſemine dauid. ad Romaā.1. Et ratio quā aſſignat magiſter plane iacet in littera: ⁊ ē bona ⁊ ſoluēs queſtionē. Sed querit hic quid diſtet

Solutio inter facere ⁊ generare Ad hoc dōm quod facere ſumit large ⁊ ſtricte. large/tūc qd libet opus dr facere ⁊ creare ⁊ formare/⁊ oia hmōi. Stricte aūt nō dr facere aliud niſi qd virtute extrinſeca opat circa materiā ꝑiacentē/vt artifex. ⁊ ita ſumit hic. gn̄are aūt eſt de ſubſtantia ꝑducere ſimile generāti in ſpē ⁊ forma.

An ſanguis btē virginis ſit etiā coagulat⁹ Arti. XIIII.

Einde querit de illo qd dicit: [Aliud eſt enī N

d ſemine admixto ⁊ ſanguis coagulo gn̄are. ⁊c.]

ſ.a. Dubitat enī vtrū ſic fuerit in beata virgine

Dicendū quod in generatiōe alteri⁹ paruuli (vt dicūt Solutio quidā) tria cōcurrūt. ſ. ſemē patris/qd eſt coagulū in ad totū. lacte: ſemē mrīs qd eſt magis obediēs/⁊ magis vnibilior ſanguis matris in nutrimentū ⁊ augmentum ſed in btā virgine nō fuit niſi vnū/qd eſt ſanguis ſeparatus ⁊ purificat⁹ ſpūſſcti virtute: vt habitū eſt ſupra i auctoritate Damaſceni.

Si perſona vel natura perſonā vel naturam aſſumpſit: ⁊ ſi natura dei incarnata ſit.

P Reterea inqri opor- Diſtin. V

tet cū ex pmiſſis cōſtet verbū dei De mō vni carnē ⁊ aīam ſit aſſūpſiſſe in vnitatē endi diuinā pſone: qd hoꝝ poti⁹ ꝯcedēdū ſit. ſ. quod pſona p ⁊ hūanā na ſonā: vel natura naturā: vel pſona naturā: vl turā in xpo natura pſonā aſſūpſerit. ⁊ an ita cōueniat di ſm fidei aſci diuinā naturā eſſe incarnatā: ſic de⁹ incar- ſertionē oñnat⁹: ⁊ verbū incarnatū ſane dr. Hec inqſitio dens quod illa ſiue querēdi rō iuxta ſacraꝝ auctoritatū te- vnio eſt in ſtimonia ptim iplicita atqꝫ pplera pti vo ex- pſona. plicita eſt ⁊ apta. Certū ē enī ⁊ ſine ambiguitate verꝫ quod nō natura pſonā: nec pſonā pſonā ſꝫ pſona naturā aſſūpſit. qd ſctōꝝ ſubditis cōpbat teſtimonijs ⁊ aſtruit documētis. Ait ei aug. in li. d fide ad petrū: De⁹ vnigenit⁹ dū cōcipet vitatē carnis accepit ex virgīe: et cū naſceret integritatē virginitatis ſeruauit i mre ⁊ paulopoſt. ſic de⁹ hūanā naturā i vnitatē pſone ſuſcepit quod ſe hūiliās p miam incorrupte virgis vterꝫ ex ea naſcitur⁹ ipleuit. Formā ſ Philip.2. fui: i. naturā ſerui i ſuā accepit ille de⁹ pſonā Itē de⁹ vbū nō accepit pſonā hoīs: ſ naturā Itē dī fili⁹ vnigēit⁹ vt carnē hoīs aīamqꝫ mūdaret ſuſceptōe carnis aīeqꝫ rōnal' icarnat⁹ ē Ƀis aliiſqꝫ plurib⁹ auctib⁹ euidēter oñdit: ñ naturā pſonā: nec pſonā pſonā: ſꝫ pſonā naturā accepiſſe. De qrto vo qſtiōis articulo vtꝫ ſcꝫ natura naturā aſſūpſerit. ſcrupuloſa etiā int doctos qſtio ē. qꝛ ⁊ i h plurimū diſſentire vident: q auctoritate pclari: aliis doctores i ſacra pagīa extitert. nec tn̄ alij ab aliis: verꝫ etiā idē a ſeipis diſſonare videt: ſic ſubiecta capla docēt. Legit ei i cōcilio toletano. viij. traditū ſic: Solū vbū caro factū ē: ⁊ hitauit i nob. ⁊ cū tota trītas opata ſit formatōꝫ ſuſcepti hoīs: qm iſepabilia ſit opa tritatis: ſol⁹ tn̄ b fili⁹ accepit hoīeꝫ i ſingularitatē pſone: nō in

vnitatē diuine nature.i.qđ ē ꝓpꝛiū filij nō qđ cōe eſt trinitati. Idē in concilio.xi. Toletano. Unius ſubſtantie credimus deū patrem ⁊ filiū ⁊ ſpiritūſanctū nō tamen dicim⁹ vt huius trinitatis vnitatē maria virgo genuerit: ſed tantū filiū qui ſolus naturā noſtrā in vnitatē ſue perſone aſſumpſit. Incarnationē ꝗ huius filij dei tota trinitas operata eſſe credenda eſt. Solus tamē filius formā ſerui accepit in ſingularitatē perſone. His inſinuari videtur ꝙ pſona tantū naturā: nō natura naturā aſſumpſerit. Si enim qđ cōmune eſt trinitati non accepit hominē: ergo nō natura diuina que cōmunis eſt tribus perſonis. Cui videtur obuiare qđ Auguſtin⁹ ait in libro de fide ad petrū. Nec diuinitas inquit chꝛiſti aliena eſt a natura patris. ſm illud: In pꝛincipio erat verbū. nec humanitas eius aliena eſt a natura matris. ſm id ꝙ verbum caro factum eſt. Illa enim natura que ſemꝑ genita manet ex patre: naturam noſtrā ſine peccato ſuſcepit vt naſcereť ex virgine. Hac autoꝛitate videtur tradi ꝙ diuina natura humanā ſuſcepit. Ubi vehemēter moueri poſſumus ꝙ eā genitā eternaliter ex patre dicit: niſi foꝛte natura pꝛo pſona hic accipiať: alioqn ſi dixerimus naturā tribus perſonis cōmunē genitā eſſe: occurrūt nobis ex aduerſo que in tractatu de trinitate diſſeruimus: vbi diximus nō naturā naturā: ſed perſonā perſonā genuiſſe Quia ſi natura genuiſſet naturā cum vna eademq́ ſit natura trinitatis: eadē res ſeipſam genuiſſet: qđ Aug. fieri poſſe negat. Sed alibi certū reperimus documentū: quo natura naturā aſſumpſiſſe monſtrať. Ait eñ Aug. in pꝛimo libꝛo de trinitate. Etiā ſeipo xp̄s fact⁹ eſt minoꝛ formā ſerui accipiens. Neq́ eñ ſic accepit formā ſerui: vt amitteret formā dei: in qua erat equalis patri: vt ⁊ in forma ſerui ⁊ in forma dei idem ip̄e ſit vnigenitus filius patris: quia forma dei accepit formā ſerui. Si aūt forma dei formā ſerui accepit ſine dubio natura naturā accepit. Forme eñ nomie natura ſignificať vt Auguſtin⁹ euidēter docet in libꝛo de fide ad Petrū. Cum inquit de xp̄o audis quia in forma dei erat: opoꝛtet te agnoſcere firmiſſimeq́ tenere ī illo forme nomine naturalē plenitudinē debere intelligi. In forma dei ergo erat: q꞉ in natura dei pꝛis ſemꝑ erat de qua nat⁹ erat. Hylarius quoq́ in.xij. libꝛo de trinitate ita ait: Eſſe in forma dei nō alia īntelligētia eſt ꝗ in dei manere natura. Didiciſti noīe forme intelligentiā fieri nature. at audiſti ꝙ forma dei formā ſerui ſuſcepit. Unde conſequēs eſt ꝙ natura diuina naturā humanā ſuſcepit. Qđ etiam Hieroñ. in explanatiōe fidei euidēter inſinuat inquiens. Paſſus eſt filius dei nō putatiue ſed vere. ſm illud paſſus eſt qđ pati poterat id eſt nō ſm illā ſubſtātiā quā aſſumpſit: ſed ſm illam que aſſumpta eſt. Ex quo apparet diuinam ſubſtantiā aſſumpſiſſe humanā. Ex verbis aūt Aug. ſuperius poſitis adhibita diligentia innui videť ſolū verbū carnē factum: ⁊ naturā ſolum ſuſcepiſſe humanā ⁊ diuinā naturam eandē accepiſſe. Ait eñ: Trinitas nos ſibi recōciliauit ꝑ hoc ꝙ ſolū verbū carnem ip̄a trinitas fecit. In quo ſic veritas incōmutabilis manet diuine humaneq́ nature: vt ſicut vera ſemꝑ eſt eius diuinitas quā de patre habet: ita vere ſemꝑ ⁊ incōmutabilis eius ſit humanitas quā ſibi vnitā ſumma diuinitas gerit. Ecce ⁊ ſolū verbū dixit carnem factum. ⁊ humanitatē diuinitati vnitā. Idē quoq́ ſuperius dixit ſeruilē formā a ſolo filio ſuſceptā quā tota trinitas fecit. Iam facile eſt agnoſcere ꝗ diuerſa ⁊ multiplicia ſuꝑ queſtione ꝓpoſita auctoꝛes tradiderūt. Ideoq́ poſterioꝛes ea legentes varias atq́ contrarias ex pꝛedictis occaſionē ſumentes pꝛomūt ſententias. D E

Reterea indri optet] Hic incipit tertia ꝑs ⁊ vltima iſtius diſtinctiōis in qua agiť de vniōe aſſumētis ⁊ aſſūpti in hypoſtaſi ⁊ ꝑſona. Diuidiť aūt in ptes duas. In quarū pꝛima agiť de vnione facta in hypoſtaſi. In ſcđa aūt opponiť ꝯtra determinata ibi [Hic a qbuſdā opponiť ꝙ pſona] Adhuc pꝛioꝛ diuidiť in ptes duas. In quaꝝ pꝛma determinať ꝙ pſona aſſumpſit naturā et ꝙ natura naturā. In ſcđa aūt vlteri⁹ qriť vtꝝ hec cōcedi debeat natura ē caro facta ibi [Sꝫ qriť vtrū diuina natura debeat] Pꝛima haꝝ adhuc ſubdiuiť in duas. In qrū pꝛma ꝓbat ꝙ nō natura pſonā nec pſona pſonā ſed pſona naturā aſſumpſit. In ſcđa mouet qōnē vtꝝ natura naturā aſſumpſit ibi [His aliiſq́ pꝛib⁹ auctoꝛitatib⁹] In pꝛmo caplo tangit pꝛmo qōnē qttuoꝛ ꝓblematū.ſ. vtrū natura pſonā vel pſona pſonā vel pſona naturā vel natura naturā aſſumpſerit: ⁊ determiat tria iſtoꝝ ꝓblematū.ſ. ꝙ nō natura pſonā nec pſona pſonā ſed pſona naturā aſſumpſit. A P

An idē ſit aſſumere qđ vnire in incarnatione filij dei. Arti. I

Ncidit hic qſtio aū lſam qdruplicis membꝛi: quoꝝ pꝛimū eſt vtrū idē ſit aſſumere qđ vnire in icarnatiōe filij dei. Scđm vtrū diuina natura abſtracta pſonalitate ſit aſſumēs vł vniēs ſibi vł poſſit eē. Tertio vtꝝ diuia pſona poſſit aliqd aſſumere ſibi vł vnire. Quarto vtꝝ aſſūptio ꝑ ꝑ⁹ ꝯueniat nature vł pſone. Ad pꝛm hoꝝ pcediť ſic mltiplr aſſumiť aliqd ad vſū ſic veſtis vel aliqd aliđ ad adiutoriū ſicut vxoꝛ in gñatione filij: ad naturā ſicut ſemen I Ratio pꝛma

aſſumit ſibi attrahēdo vnde capiat augmentū ⁊ vnit
ſibi illud ⁊ etiā aſſumptio in amicitiā ⁊ ſocietatē ⁊ in
omnibꝰ illis modis ſemꝑ eſt diuerſitas aſſumpti ⁊ aſ
ſumētis:ergo videtur ꝙ cū vniens ſit vnitū ꝙ hec ſit
differētia quā fere oēs faciūt ꝙ vnitū eſt vniēs/ſed
aſſumptū nō eſt aſſumens:⁊ hec differētia inter aſſu
mere ⁊ vnire attribuit̃ Boetio licet in libris ſuis nō
Solō Obiectio. inueniat̃ ꝙ ego ſciam. Si forte dicat̃ ꝙ nō eſt veꝝ
ꝙ vniens eſt vnitū. Contra vnitū facit vnū cū eo
qđ eſt vnitū:quia aliter nō eſſet vnitū:ergo vnitum
poſt vnionē eſt vnū ei cui vnitū eſt:ſed vnitū eſt vnibi
Arguitur in ꝯriū pº le:ergo hec eſt vera vniēs eſt vnitū. Sed contra aſ
ſumptio idē eſt qđ ad ſe ſumptio. Cum aūt dico ad ſe
aut intelligit̃ ꝙ vnitū ſit aut intelligit̃ ꝙ iuxta ſit ad
aliquid aliud q̄ ꝙ conſtituat vnū. ſi primo mō tunc
eadē erit aſſumptio cuius vnio eſt in incarnatiōe. ſi
ſecūdo modo tūc videt̃ natura eſſe aſſumpta ad aliud
q̄ ad vnionē qđ iterū falſum eſt. Si forte dicatur ꝙ
iſta duo ſcʒ aſſumere ⁊ vnire ſe conſequūtur ſm natu
ram. prius eñ aliquid aſſumit̃ q̄ vnitur/⁊ hoc patʒ
quia nihil vnitur niſi prius aſſumptū ſit:nō tamen
cōuertitur/ꝙ ſi eſt aſſumptum ꝙ ꝓpter hoc vniatur.
2º Contra in incarnatiōe omnia ſimul facta ſunt ſcʒ
ſeparatio cōuerſio vnio in ꝑſona:ergo nō eſt ponere vnū
Solutio. prius alio ⁊ ita nihil eſt qđ dictum eſt. Solutio di
cendū ꝙ differūt re ⁊ ratione in incarnatiōe aſſume
re ⁊ vnire ⁊ aſſumptio ⁊ vnio. et eſt coꝝ differentia in
quattuor quorū primū eſt ſm nomē:quia aſſumptio
nō eſt niſi diuerſi in ſubſtātia ⁊ ratiōe vel in numero.
nō eñ dicit̃ aſſumo me capparū:ſed aſſumo cappam
vel veſtimentū,vel aſſumo ſociū vel amicū. Unio aūt
ſm ſuū nomen dicit vnū vel ſubiecto vel ydemptita
te/ſicut dicim⁹ albū vnū vel vnitū ſorti ſi ſortes albꝰ
eſt ⁊ dicimus eſſe idem illi. Secunda differētia eſt in
actu aſſumptiōis vel vnionis quoniā nō omne quod
aſſumit̃ efficit̃ vnū ſed efficitur ꝓpe vel iuxta:ſed oē
qđ vnitur efficitur vnū. Tertia differētia eſt in aſſū
ptis ⁊ vnitis qm̄ natura ꝓprie erat aſſumpta ⁊ cum
natura humana ſemꝑ maneat ſub ꝓprietatibꝰ q̄ nulli
aliꝫ conueniūt nature diſtincta nō ꝓprie eſt vnita niſi
forte ī altero qđ eſt hypoſtaſis:ſed hypoſtaſis eſt vni
tum in ſe ⁊ ita vnio imediate reſpiciat hypoſtaſim/aſ
ſumptio autē per ſe reſpicit naturā. Quarta differē
tia ſumit̃ rōne ordinis inter duos actus ſcʒ aſſumere
⁊ vnire:quia ſm rationē prius eſt aſſumere q̄ vnire
aſſumptu. ſic ergo cōcedimus differentiā que cōmu
niter aſſignat̃ ꝙ aſſumit̃ diuerſum ⁊ vnitur id qđ eſt
Ad primū idem in ꝑſona. Ad illud autē qđ contra obijcitur
ꝙ nō ſumit̃ hic natura niſi ad vnionē dicēdū ꝙ ſi vis
fiat in hoc ꝙ dicit ad vnionē vt intelligat̃ vniri in ſe ⁊
ꝑ ſe falſuʒ eſt ideo vt aſſumpta remaneat in ſe ⁊ per ſe
diſtincta:quia natura humana nō eſt natura diuina
nec ꝑſona diuina nec eſt homo. Si aūt large intelliga
tur ad vnionē id eſt ad vnionē tanq̄ ad finem ⁊ ī alio
vnitur licet non in ſe tunc verū eſt ꝙ aſſumptio natu
Ad. 2m re eſt ad vnionē hypoſtaſis cui⁹ eſt natura illa. Ad
aliud dicendū ꝙ licet nō ſit conſequētia ſm tempus
inter aſſumere ⁊ vnire conſequūtur ſe tamen neceſſa
rio ordine rei aſſumpte ⁊ vnite/⁊ illa conſequētia ſuf
ficit ad demonſtrandū differentiā aſſumptiōis ⁊ vni
onis. Aſſumptio eñ dicit attractionē ab alio ad ſe.
vnde aſſumptio ſm perfectā ſui rationē vel terminū
a quo ſaluat̃ in actu illo quo ſpūſſanct⁹ ſeparauit a re
liquo ſanguine glorioſe virginis qđ in materiā cede
ret chriſti corpori nō tamen in illo actu aliquo modo
ſaluatur ratio vnionis.

An abſtracta perſonalitate a diuina natu ra poſſit ſibi aliquid vniri. Arti. II. B

Secundo queritur vtrum abſtracta ꝑſonalitate
a diuina natura poſſit ſibi aliquid vnire vel
aſſumere videtur aūt ꝙ ſic. Natura dicit ali Arguitur primo ꝙ ſic
quod vnibile alteri eo ꝙ omnis natura alicuius na
tura eſt in quo eſt. ꝑſona autē nō dicit quid aliꝫ vnibi
le:ſed potius ens perfectū in ſe ipſo:ergo natura ma
gis videtur cōuenire aliꝫ ⁊ ſibi aliud vnire q̄ perſona
Item nature conuenit operari incarnationē vt di 2º
cunt ſancti:ergo etiam cōuenit ſibi vt ſe vniat opera
to ⁊ facto. P. intelligatur per impoſſibile nō eſſe ꝑ 3º
ſonas ſicut iudei ⁊ pagani deū intelligunt adhuc erit
deus omnipotēs:ergo ratiōe omnipotētie adhuc cō
ueniet ei ſe vnire. Si forte dicatur ꝙ vnio non eſt Solō Obiectio
opus omnipotētie. Contra angelus probans poſ
ſe fieri qđ dixit beate virgini:quia nō erit impoſſibile
apud deū omne verbum/igitur hoc erit omnipotētie
ꝓprium ⁊ ſic ſequit̃ cum omnipotētia nō abſtrahat̃ a
natura etiam poſitis ꝑſonis nō eſſe ꝙ adhuc cōueniet
incarnari. P. adhuc cōuenit ei diligere facturā ſuā 4º
ergo adhuc mouebit̃ dilectione ad redemptionē ho
minis:ergo adhuc incarnabit̃. Adhuc ꝑdetermina
bit numerū electorū ⁊ adhuc intelliget ꝙ conueniēs
ſit illū numerū debere impleri:⁊ ꝙ ille qui per alium
peccauit per aliū ſatiſfacere poterit ⁊ hmōi. Cum igi
tur iſte cauſe a ſanctis aſſignentur quare incarnatus
eſt filius ⁊ omnes ſaluent̃ etiam nō intellectis perſo
nis videtur ꝙ circūſcriptis perſonis adhuc nature
cōueniat incarnari. Sed contra natura conſidera Arguitur in oppoſitū ꝙ nō ⁊ ſunt rōnes.
ta eſt tripliciter vt dicit Damaſcen⁹. aut nuda cōtem
platione ⁊ ſic eſt in anima tm̄ vel in potētia vel in ſpe
cie aut in athomo. In ſpecie autē vniuerſali eſt in oi
bus athomis ſuis. Si igit̃ ſeparatio ab athomo eſt
ſeparatio a perſona ⁊ ecōuerſo videtur ꝙ natura nō
ſm rem ſit extra perſonā:ſed nunq̄ conuenit ei aſſu
mere niſi vbi eſt ſm rem:ergo nunq̄ conuenit ei aſſu
mere niſi in perſona:ergo nihil aſſumet circūſcripta ꝑ
ſonalitate. Item natura vt in ſe cōſiderata nō agit 2º
nec patitur:quia actiōes ⁊ paſſiones ſingulariū per
fectorū ſunt ſed ad aſſumere exigitur agere:ergo non
aſſumet ſm ꝙ abſtrahitur a perſonis. Item aſſu 3º
mere eſt poſt perfectū eſſe aſſumētis:quia nulus aſſu
mit ſibi aliquid niſi poſtq̄ eſt completus:cum igitur
natura dicat quid incōpletū quod cōpletur in ſuppo
ſito vel re nature/natura non poteſt aſſumere. P. 4º
nihil aſſumit aliqđ ſibi niſi ꝑ modū per quē eſt:ſed na
tura nunq̄ eſt niſi in re nature:ꝫ nō aſſumit niſi in re
nature. hoc aūt in diuinis eſt perſona:ergo tūc nō aſ
ſumit niſi in ꝑſona. Solutio dicēdū ꝙ aliud eſt cir Solō.
cūſcribere a natura omnē perſonalitatē ⁊ circūſcribe
re ꝑſonalitatē hanc quā determinat fides. ſ. patris ⁊
filij ⁊ ſpūſſcti. ſi eñ primo mō fiat circūſcriptio ꝑſona
litatis in natura diuia erit ipſa in itellectu tm̄ ⁊ nihil
agit nec aſſumet/⁊ intelligit̃ ꝑ modū alicuius ordia
bilis in alterū in quo ſit ſm eſſe:qꝛ intelliget̃ ordina
bilis ad perſonā. ⁊ ſic procedūt omnes obiectiōes ad
hoc inducte ꝙ natura abſtracta a perſonis nō poſſit
aſſumere. Si autem fiat abſtractio a perſonalitate
quam determinat fides in diuinis tunc adhuc rema
net ſm intellectum deus/ens vnus in ſe rationalis

nature/ꝛ diſcretus ſuis attributis ab omnib⁹ alijs/
ꝛ ita manebit in rõne pſone licet nõ manebit in ratio
ne huius perſone vel illius/ ꝛ illi conuenit aſſumere
vel operari ꝛ vnire ſibi ex ſui omnipotentia quicquid
voluerit. Sed verũ eſt ꝙ ita nõ cõueniẽs erit ordo re
demptiõis. Et hui⁹ rõ eſt quia abſtracta pſonalitate
quã diſtinguit fides in diuinis nõ remaneret pſona-
rũ diſtinctio licet remaneat pſona vna ſm ſubſtantiã
perfectã ꝛ vnã ꝛ tales pſone plures in diuis eſſe non
pñt:q2 plurib⁹ talib⁹ pſonis poſitis ſequeret̃ plures
deos eſſe qđ nõ eſt verũ. Et ideo cũ ad redẽptionẽ exi-
gat̃ diſtinctio pſonalis inter mittentẽ ꝛ miſſum/ꝛ in-
ter ſatiſfacientẽ ꝛ cui ſatiſfit/nõ pñt tũc ſaluari hmõi
cõueniẽtie:q2 idẽ pſonaliter eſſet mittẽs ꝛ miſſus ꝛ ſa
tiſfaciẽs ꝛ ille cui ſatiſfactio exhiberet̃. vnde dicendũ
ꝙ circũſcripta pſonalitate fidei in deo ſaluat̃ adhuc
Ad primũ potẽtia incarnãdi ſed nõ cõueniẽtia. Ad pmũ ergo
dicendũ ꝙ natura dicit̃ vt qđ vnibile alteri qđ eſt res
ſua ſicut indiuiduũ ſue nature:ſ3 nõ dicit alteri nature
Ad 2m. vel pſone vnibile alterius nature. Ad aliud dicen-
dũ ꝙ nature nõ cõuenit opari niſi aſſumpta pſona li
cet nõ oporteat ſupponere eã in pſona hac vel illa di-
Ad 3m ſtincta vt fides ſupponit. Ad aliud dicendũ ꝙ non
intellectis hijs pſonis adhuc remanet rõ pſonalita-
tis in deo:ſed verũ eſt ꝙ nõ eſt eadẽ rõ pſonalitatis:
q2 relatiõib⁹ nõ diſtingueret̃ a re eiuſdẽ nature ſed at-
Ad 4m tributis diſtingueret̃ a rebus aliarũ naturarũ:ꝛ ideo
nõ eſt mirũ ſi remanet omnipotẽs. Ad aliud dõm
ꝙ diliget ꝛ pcipiet/eo ꝙ ſupponit̃ vt pſona ſubſtans
in ſe pfecta ꝛ indiſtincta ab alijs:ſed tñ quia vna ſola
tunc ponit̃ pibit cõueniẽtia icarnatiõis ꝛ redẽptiõis.

Arti. III. An aſſumere cõuenit perſone diuine.

Arguit̃ pᵒ Tertio querit̃ vtrũ aſſumere cõuenit perſone
diuine. videt̃ ꝙ non: quia perſona dicit quid
diſtinctũ incõmunicabile. In aſſumptiõe aũt
vnũ dicit̃ ad alterũ ꝛ cõicatio:ergo intellectus perſo
2ᵒ ne cõtrariat̃ aſſumptiõi ꝛ vnioni. Item oĩs vnio
quã facit natura eſt ad hoc vt vnita ſtet in vno/ꝙ vl-
terius alij nõ vniatur ſicut vnit elemẽta in humorib⁹
humores autẽ in cõplexione ꝛ cõplexionẽ in mẽbris
ſimilib⁹/ſimilia ĩ diſſimilib⁹/ꝛ diſſimilia in corpis or-
ganici phici cõpoſitione ꝛ corpus organicũ cũ anima
habente diuerſitatẽ virtũ/ꝛ ibi ſtat:ergo hoc eſt vlti-
mũ qđ repugnat vnibilitati:cũ ergo hoc ſit idiuiduũ
nature vel perſone: pſona ſm rationẽ perſone non eſt
vnibilis alij:cũ igitur in diuinis pſonis veriſſima ſit
ratio perſone/videt̃ ꝙ nõ ſit vnibilis ſm intellectum
3ᵒ pſone. Item Boetius dicit ꝙ pſona eſt indiuidua
ſubſtãtia rõnalis nature/igitur cũ indiuiduũ ſit diui
ſum ab alijs ſequit̃ ꝙ de intellectu ſuo ponat ab alijs
ſeparationẽ. Cũ igitur ſeparatio cõtrariet̃ vnioni/que eſt
ad alterũ perſona ſm intellectũ repugnat vnibilitati
ꝛ hoc eſt cõtra oẽs ſanctos ꝛ doctores dicẽtes per-
Solõ ſonã magis poſſe aſſumere ꝙ̃ naturã. Si forte di-
Inſtãtia qđ ceretur ꝙ iſte rationes probãt ꝙ nõ debet fieri cõgru
eſt quartũ. enter vnio pſone ꝙ̃tum eſt ex parte aſſumẽtis: ſed tñ
deus poteſt hoc facere ex omnipotẽtia ſua: hoc nihil
5m eſt dictũ:q2 ſcti multi aſſignant rõnes quare magis
congruẽter ſit perſona aſſumẽs ꝙ̃ natura. P. ſm
hoc deus poſſet aliquid contra rationẽ ſue perſone/ꝛ
hoc nõ expediret ei. quia ſic poſſet aliquid contra ſe-
ipm. Dicit eñ Anſelmus ꝙ qui poteſt qđ ſibi nõ pro
deſt ꝛ ſibi nõ expedit/quãto magis poteſt illud tanto
magis aduerſitas ꝛ puerſitas poſſunt in illũ. Si Solõ
ꝓpter hoc dicatur ꝙ iſte rationes bene procederẽt ſi
perſona ex parte ſue pſonalitatis amitteret incõmu-
nicabilitatẽ per vnionẽ:ſed hoc nõ eſt ita/ideo ſunt in
cõmunicabiles ſicut prius. Contra oĩs vnio ſi- Inſtãtia 2ª
ue vnibilitas dicit cõmunicationẽ vel cõicabilitatẽ:
ſed vnio nõ eſt niſi in pſona vt dicunt ſancti:ergo cõ-
munio ꝛ cõicabilitas in ... pſona/ ꝛ ſic nihil eſt qđ
dicatur. Sed contra vnio eſt ad redemptionẽ:ergo Rõ p veri-
vnio erit per modũ illum qui cõueniẽtiſſimus eſt re- tate prima.
demptioni. redẽptioni autẽ congruit ꝙ ſatiſfaciẽs ſit
idem in pſona cũ debente: ꝛ nõ in natura: ergo vnio
debet fieri cõueniẽtiſſime in perſona. Item Aug⁹. 2ª
Mittit̃ qui ab alio eſt:ergo mittit̃ in carnẽ q ab alio
eſt ſed nõ eſt ab alio niſi perſona. ergo incarnatio pre-
cipue cõuenit pſone. Solutio dicimus cũ ſanctis Solutio
patrib⁹ ꝙ perſona vnibilis eſt ex parte aſſumentis.
Ad hoc autem qđ contra obijcitur dicendũ ꝙ hoc Ad primũ
verũ eſt quia ſingularitas ꝛ incõmunicabilitas ſunt
de intellectu perſone: ſed nõ omnis ſingularitas nec
omnis incõmunicabilitas ſed ſingularitas que con-
trariat̃ ad in plurib⁹ eſſe/ꝛ incõmunicabilitas que cõ
trariat̃ vnibilitati ad tertiũ cõſtituendũ ꝛ ſic nõ ami-
ſit ſingularitatẽ diuina pſona:quia adhuc remanſit
vna ſingularis pſona nõ predicabilis de plurib⁹ in
quib⁹ eſſet nec mutata in aliqđ tertiũ quinpotius aſ-
ſumptũ aſſumpſit in ſui incõicabilitate ꝛ pſonalitatẽ
eternã/vt idem eſſet in perſona deus ꝛ homo ꝛ non
quaternitas in diuinis in numero hypoſtaſiũ conſti
tueretur:ſi vtriuſq3 nature hypoſtaſis ſuam ꝓpriam
haberet perſonalitatẽ vel noua perſona in trinitate
fieret cum hypoſtaſis eterna cum hominis hypoſtaſi
tertiã conſtitueret perſonã. Ad aliud dicendum ꝙ Ad 2m.
hoc verũ eſt ꝙ natura in omnib⁹ vnitis intendit vnũ
vltimũ nõ vnibile alij ad tertiũ conſtituendũ ſicut fa
cta fuit in omnib⁹ q ipſa ad perſonã vnit. ſed nõ inten-
dit vt nihil illi in ſuam ſingularitatẽ ꝛ perſonalitatẽ
vniat̃:quia ſic nõ aſſumeret potum ꝛ cibum ꝛ hmõi:
vnde patet ꝙ nõ contrariat̃ perſonalitati ꝙ aliquid
vniatur ſibi in pſonalitatẽ ſuam. Ad aliud dicen- Ad 3m
dũ ꝙ cum dicit̃ indiuidua ſubſtantiali indiuidua di-
cit ab alijs ſeparationẽ que eſt contraria vnioni ꝛ cõmu
nicabilitati potẽtie ad actum ꝛ ecõtra:quia talis cõ-
municabilitas eſt ad tertiũ conſtituendũ ſed nõ con-
trariat̃ vnioni alicuius in eandem ſingularitatẽ per-
ſone vt prius habitũ eſt. Ad aliud dicendũ ꝙ vnio Ad inſtãtiã
a ſanctis ponitur facta eſſe in perſona:ſed non talis q pmã cũ 4ᵒ.
ſingularitati contrariet̃ vel nouã inducat perſonali-
tatem. Ad aliud dicendũ ꝙ deus poſſet aliquid cõ Ad 5m
tra rationẽ ſue perſone. ſi ita fieret vnio vt deſtrueret̃
perſonalitas ſic autẽ nõ fit vt patz ex dictis. Ad id Ad inſtãtiã
qđ obijcitur ꝙ omnis vnio dicit cõmunicabilitatẽ di 2am
cendũ ꝙ hͦ falſum ẽ ſi fiat vis incõicabilitate. Dupli-
citer enim aliquid dicitur in cõicabile proprie. tertio
autẽ modo improprie. Cõmunicabile eñ dicitur per
modũ materie cõmunicatũ ad alterum conſtituendũ
ſicut corpus cõmunicabile eſt anime/ꝛ hoc cõmuni-
cabile vt pars cõicabilis eſt. Secũdo modo dicitur
cõicabile qđ eſt pdicabile de plurib⁹ ꝙ̃tum eſt de ſe in
quib⁹ eſt vel põt eſſe ſicut natura cõmunis ꝛ illi duo
cõtrariant̃ pſonalitati ſiue ſingularitati. Tertio mõ
dicit̃ cõicabile vnibile gr̃a cui⁹ cõio fit ad ꝓprietatem
alterius ꝛ ſic vniunt̃ ꝛ cõicant hypoſtaſis dei ꝛ hois
ꝛ hec hypoſtaſis eſt illa/ꝛ quicqđ cõuenit vni gr̃a hy-

poſtaſis cōuenit ⁊ aliȷ̄. vñ dicimus ꝙ hic deus eſt hic
hō/⁊ ħ homo creauit ſtellas,⁊ fuit ab eterno/⁊ ħ de⁹
natus eſt de virgie ⁊ paſſus ſub pontio pilato.

Arti. IIII. D. An aſſumptio per prius conuenit perſone vel nature.

Arguiť p° Q. Uarto q̄riť cui cōuenit ꝑ prius verū.ſ.ꝑſone
vel nature videť aūt ꝙ nature q: gr̄a cui⁹ con
uenit creatio/gratia eiuſdē cōuenit recrea-
tio ſed creatio eſt gratia nature:ergo ⁊ recreatio. Si
dicatur ꝙ ꝓma eſt falſa.ꝓbatur ꝑ ſimile ex ſupiorib
vbi dixit Aug. ꝙ q: in ſapiētia creauerat/in ſapiētia
2° cōueniebat fieri redēptionē. Itē incarnatio eſt op⁹
cōiter triū perſonarū vt habitū eſt in anteriori diſtin
ctione:ğ videť ꝙ etiā aſſumptio cōuenit ei ꝑ prius q:
3° quicq̄d eſt cōmune trib cōuenit ei gr̄a nature. Itē
Damaſcen⁹ dicit ꝙ tota natura diuia in vna ſubarū
hypoſtaſiū hūanā naturā aſſumpſit:ğ ħ ꝑ prius con
Rōnes ꝓ veritate. uenit nature. Sed cōtra quicq̄d cōuenit alicui ꝑſo
ne gr̄a nature cōiter cōuenit omnib ꝑſonis.ſi ğ incar
natio cōuenit ꝑſone gr̄a nature cōueniet omnib ꝑſo-
nis qđ falſum eſt/non ğ cōuenit gratia nature. P.
omnes cōuenientes rōnes ſctōꝝ aſſignanť penes pro-
pria vel appropriata ꝑſone:ğ videť ꝙ opus incarna
tionis ꝑ prius cōuenit ꝑſone q̄ȝ nature. Itē illi per
prius cōuenit aliq̄d cui cōuenit in ſe ⁊ ꝑ ſe/ſed nature
non conuenit incarnatio in ſe et per ſe:ſed perſone vt
ex priorib ꝓbatū eſt:ğ nature cōuenit ꝑ poſteri⁹ ⁊ ꝑ-
ſone ꝑ prius. Itē vnio magis ꝓprie attingit illud
qđ efficiť q̄ȝ qđ nō efficiť natura aūt nō efficiť vnū cū
natura ſȝ hypoſtaſis cū hypoſtaſi:ergo videť ꝙ vnio
ꝑ prius ſm rationē intelligētie cōueniat ꝑſone q̄ȝ na-
Ultimū cōtra rōnes. ture. Sed cōtra quecūq̄ȝ ſunt in differentia oino
ſm rem quicq̄d cōuenit vni ꝯuenit alteri ⁊ eque ꝓmo
ſi oino ſm rem indifferētia ſunt ⁊ eadē: ſed natura di
uina ⁊ ꝑſona oino ſm rem ſunt indifferētia:ergo ſi in
carnari cōuenit vni/eque ꝓmo etiā cōuenit alteri.

Solō. Solutio dōm ꝙ ꝑ prius ſm rōnem intelligēdi in-
carnari cōuenit ꝑſone q̄ȝ nature/nec cōuenit nature
in eo ꝙ natura eſt ſed potius nature ſm ꝙ eſt in ꝑſo-
na hac q̄ ꝯuenientiā ex ſua relatiōe qua filius eſt po-
nit ad miſſionē in carnē: aliter em̄ vel impoſſibile vel
difficile eſſȝ ſoluere quare pater ⁊ ſpūſſctūs carnē nō
aſſumpſerūt:⁊ ideo diximꝰ ſupra ꝙ incarnatio ꝑ hoc
ꝙ eſt miſſio in carnē claudit in ſe relationē filiȷ̄ ꝑ quā
excludiť pater ⁊ ſpūſſctūs ab incarnatiōe nec dicim⁹
hic prius tēpore vel ex hoc ꝙ natura ſm rem ſit prior
ꝑſona vel ſimplicior ſed quia in mō attribuēdi ſic eſt:
⁊ ex illo mō attribuēdi informať ratio intelligēdi:q:
attributa nature ſunt in diuinis licet re nō differant
⁊ ideo ratio intelligēdi ſic informata dicit ꝑ prius cō-
Ad primū. uenire ꝑſone q̄ȝ eſſentie vel nature. Ad primū ğ di-
cendū ꝙ creare nō dicit miſſionē ſicut recreare ħ mō
miſſionē dicit ⁊ ideo qđ eſt ħ de ope cōmune eſt: quia
hoc miſſionē nō importat ſed vnio includit ſe relatio-
nē/⁊ ideo cōis nō pōt eſſe. Cum aūt dicit Aug. ꝙ in
ſapiētia creauit attendiť vtrobiq̄ȝ ꝓpriū filiȷ̄ in ſuo ap
propriato qđ eſt ſapiētia:ſed hoc appropriatū nō im-
Ad 2m portat creatio ſm intellectū nois. Ad aliud dōm
ꝙ opus operās actū qđ eſt actio ipa ⁊ opus operatū
qđ eſt cōiunctū ex corꝑe ⁊ anima cōmunia ſunt:ſed
incarnatio nō dicit hoc ſed potius carnis aſſumptio-
nem in ſe ⁊ illa nō eſt cōmunis ꝓpter relationē inclu-
Ad 3m ſam ipius filȷ̄. Ad aliud dicēdū ꝙ auctoritas Da-
maſceni magis facit ad oppoſitū:quia dicit ꝙ in per-
ſona aſſumpſit quaſi ſignificet ex modo loquēdi ꝙ ħ
ꝯuenit ei gratia ꝑſone huius nō gratia ſui. Ad vl- Ad vltimū qđ eſt ꝯ rōnes veras
timū dicēdū ꝙ licet nulla differētia realis ſit eſſentie
⁊ ꝑſone tamē differunt in modo attribuēdi eis ea que
nature ſunt in diuinis:quia eſſentia eſt cōicabilis ꝑſo
na incōicabil/eſſentia nō gn̄ať ꝑſona veriſſime gn̄ať
eſſentia eni nō diſtinguiť ⁊ ꝑſone nature ⁊ veriſſime
diſtinguiť ⁊ eſſentia nō generať in talib: ergo aliq̄d
pōt cōuenire ꝑ prius ꝑſone ſicut incarnatio ꝓpter re-
lationē incluſam ⁊ per poſterius eſſentie ⁊ ꝓpter hoc
ꝙ nō ſeparatur a ꝑſona nec diſtinguiť ab ipa.

An natura aſſumpta ſit ſm omnē modum nature qui eſt quadruplex. Arti. V. E.

Einde queriť de hȷ̄s que dicunť in lra ⁊ pri
D mo de hoc ꝙ dicit [Formā ergo ſerui id eſt na
turā ſerui in ſuā accepit ille deus] ē.a. Que
ritur em̄ hic ſm quā rōnē nature dicať natura aſſum
pta. Ponit em̄ Boecius nature q̄ttuor diffinitiōes
quarū prima eſt hec. Natura eſt earū rerū que ſunt Prima diffinitio nature cū obone
cū quoq̄ modo in intellectu capi pn̄t,quoq̄ mō dicit ꝓ
pter deū qui ſua excellētia nō ꝑfecte capiť intellectu ⁊
ꝓpter ꝑmixtā priuationē in materia quā etiā ponit ꝓ
exemplo ⁊ de hȷ̄s ſunt etiā tēpus ⁊ motus ſm Auicē
nā ſm hūc modū natura q̄dē eſt quicq̄d eſt: ſed ħ mō
nō ſumiť natura cū dicať aſſūpta natura q̄ſi aſſum-
pſiſſet ſolū corp⁹ hoc mō natura aſſumpſiſſet. Se 2a definitio cū obone
cūda diffinitio natura eſt vel qđ facere vel quidē pati
poſſit/⁊ hec cōuenit omnib ſubſtātȷ̄s quib agere et
pati eſt ꝓpriū: ⁊ tales ſunt tam corꝑales q̄ȝ ſpūales:⁊
ſi in hac rōne naturā aſſumpſiſſet itē ſufficeret ſoli⁹
corꝑis vel ſolius aīe aſſumptio ad nature noſtre ſum
ptionē. Tertia diffinitio eſt: Natura eſt principiū 3a definitio cū obone
motus ꝑ ſe ⁊ nō ꝑ accidēs:hec em̄ nō cōuenit niſi cor
poralib ſubſtātȷ̄s. xp̄s aūt nō tm̄ corpus acceperat:ğ
nō accepit in hac rōne nature. Quarta eſt: Natu- 4a definitiō cū obone
ra eſt vnāquāq̄ȝ rem iformās differētia ſpecifica aut
differētia cōis:ſi ğ accepiſſet naturā humanā ſm hāc
acceptionē videť ꝙ in omnib hoib accepiſſet qđ eſt
ꝯtra dam.q̄ dicit ꝙ nō in ſpecie ꝯſideratā accepit na-
turā ſed in athomo. Si dicas ꝙ ipe accepit differē Solō
tiam ſm ꝙ eſt in hoc conſtituēs eſſe. Adhuc contra Inſtātia pa
eſt:q: licet differētia faciat eſſe formale nō tamen facit
totū eſſe naturale.xp̄s aūt ⁊ materiā noſtrā accepit ğ
videť ꝙ nullo mō intellecto accepit naturā noſtram.
Si forte dicať ꝙ natura noſtra eſt forma tunc ſeq Solō
tur ꝙ nō aſſumpſiſſet corp⁹:q: idem phs dicit ꝙ cor-
pus nō eſt forma ſed materia:ergo vt hoc modo acce Inſtātia 2a
pit. Si forte dicať ꝙ natura ſumiť pro cōiunctiōe Solō
duaꝝ ſignificationū nature.ſ. forme ⁊ materie quē-
admodū mgr̄ dixit ſup̄ ꝙ noie nature corpus ⁊ aīa
intelligiť ⁊ hec cōiuncta vt mgr̄ dixit. Cōtra ħ eſt Inſtātia 3a
ꝙ cōpoſitū dicať magis res nature a ſctis ⁊ phis ſm
naturā vel naturale. P. queriť circa hoc vtrū ꝯce- Queſtiūcula ſecunda.
dendū ſit ꝙ aſſumpſit naturale noſtrū vel ꝙ ē ſm na
turā.naturale aūt eſt id qđ ſequiť naturā in cōpoſito
Si igiť nō aſſumpſit ꝓcedens ſm intellectū videť ꝙ
nec conſequens aſſumpſit. Ulterius queriť vtrū Queſtiūcula tertia.
concedendū ſit ꝙ filius aſſumpſit noſtrā eſſentiā. vi-
detur ꝙ ſic:quia eſſentia noſtra eſt corpus ⁊ anima ⁊
illa aſſumpſit:ergo eſſentiā noſtram aſſumpſit. Sed
ꝯtra eſſentia eſt a qua eſt eſſe ſed oē cōpoſitū eſt cū igiť
compoſitum ſit ſingulare hoc vel illud ⁊ non aſſum-

pſerit ſingulare vt infra ꝓbabit᷑. videt᷑ ꝙ nõ aſſumpſerit noſtrũ eſſe: ergo nec eſſentiã noſtrã vt videt᷑.

Queſtiũcula quarta.

P. querebat᷑ vtrũ aſſumpſit noſtrã humanitatẽ. videt᷑ ꝙ ſic: q᷑ humanitas eſt que facit verũ hominẽ/cũ igitur xp̃s ſit verus homo/ ⁊ hoc ex aſſumptiõe humane nature. videt᷑ ꝙ ipſe aſſumpſerit noſtrã humanitatẽ. Sed cõtra hũanitas nõ eſt niſi in hoc hoĩe vel illo ſed nec hunc vel illũ aſſumpſit: ergo humanitatẽ non aſſumpſit.

Solõ

Ad p̃mã de ſinitionẽ cũ ſua obiectione.

Solutio dicendũ ſine preiudicio ꝙ xp̃s noſtrã naturã accepit ſm omnẽ diffinitionẽ quã ponit Boecius. Si enĩ natura dicatur eſſe earũ rerũ que q̃quo modo intellectu capi poſſunt/tũc ſicut ipſe aſſumpſit omnẽ rem noſtre nature: quia ⁊ ſubſtantiã ⁊ accidẽtia naturalia/vt ſompnũ ⁊ penalitatẽ. nec valet ratio que obiĩcit᷑ in cõtrariũ: quia nõ tm̃ dicit᷑ xp̃s naturã noſtrã aſſumpſiſſe: ſed etiã totã.

Ad 2m cum obiectione.

Si autem dicat᷑ natura ꝙ agere ⁊ pati poteſt/iterũ accepit/⁊ licet aliq̃d de noſtra natura ſcꝫ carnẽ tm̃ vel animã tm̃ accepiſſet: tamen cũ dicat᷑ natura hoĩs aliud eſt q̃ȝ natura abſolute dicta: q᷑ natura hoĩs eſt tota natura hoĩs: ⁊ per hoc patet ſolutio ad id qđ obiĩcit᷑ in contrariũ.

Ad 3m cum obiectione

Similr̃ ſi accipiat᷑ natura tertio mõ ꝓut eſt principiũ motus ⁊ ſtatus ꝑ ſe ⁊ nõ per accidens hoc modo iterũ accepit eam: q᷑ ꝓut eſt principiũ naturaliũ motuũ ⁊ opationũ.

Ad 4m cũ obiectione

Si quarto mõ accipiat᷑ dicit Boeci⁹ ꝙ tam catholici q̃ȝ neſtorius in xp̃o duas dicũt eſſe naturas.

Solõ p̃me inſtantie

Sed male ⁊ contra intentionẽ accipit᷑ differẽtia ꝓ vniuerſali ⁊ ſpecifica in cõmuni ſꝫ debet accipi ꝓ differẽtia in iſto ꝑticulari ⁊ tunc debet diſtingui q̃m ſicut ẽ in generatiõe ꝙ quoddã generat᷑ per ſe quoddã ꝑ conſequẽs/⁊ ꝑ ꝯſequẽs conſequit᷑ ex generatiõe ſicut hic ab hoc generat᷑ ꝑ ſe. Sed q᷑ ħ ſuppoſitũ eſt hoĩs/cõſequit᷑ ex generatiõe hui⁹ ꝙ hoc ſit hõ/⁊ vlterius ꝙ hic habeat humanitatẽ, ⁊ ꝙ ſit aĩal diſcipline ꝑceptibile ⁊ hmõi. Ita dico de aſſumptiõe ꝙ aſſumptũ ꝓprie ⁊ ꝑ ſe eſt natura hũana materialr̃ accepta .i. in partib⁹ que ſunt materiales/ad formã totius hoc ẽ ad eſſe hoĩs in xp̃o. Sed q᷑ illud aſſumptũ aſſumẽdo vnit᷑. cõſequit᷑ aſſumptionẽ ſicut cõſequẽs ꝙ ſit ſpecifica differẽtia in iſto aſſumpto .i. ꝑ aſſũptionẽ habita/⁊ hoc mõ põt concedi ꝙ natura illo modo nõ tm̃ eſt in xp̃o ſed etiã aſſumpta/ſicut ego dico non tm̃ hunc ſed etiã hoĩem generari cũ hic generat᷑. eo ꝙ ſe habet ſicut neceſſariũ ꝯñs ad generationẽ huius ⁊ eſt in hoc.

Ad 2am inſtãtiã ⁊ 3am

Ad ħ ꝙ q̃rit᷑ de diuiſiõe phi. dõm ꝙ licet materia ſit natura/⁊ forma ſit natura/neutra tñ illorũ eſt tota natura hoĩs/nec põt dici ꝙ corpus qđ eſt materia hoĩs eſt natura hũana/nec etiã põt dici aĩa q̃ eſt forma corꝑis eſt natura hũana: q᷑ cũ dicat᷑ natura hũana intelligit᷑ tota: ⁊ ideo corp⁹ ⁊ aĩa ſicut mgr̃ ſup̃ dixit intelligit᷑ ꝑ naturã hũanã: ⁊ iõ ambe ſignificatiões cõiungũtur in itellectu nature hũane quã aſſumpſit xp̃s qđ ꝓbat᷑ ſic: xp̃s verus hõ eſt in natura quã aſſumpſit ſed nõ eſt verus hõ tm̃ in corꝑe vel tm̃ in aĩa/igit᷑ ꝑ itellectũ nature hũane cõp̃hẽdit᷑ vtrũq̃ȝ.

Nota ſolutionẽ q᷑ per eã mlta argumẽta ſoluũtur.

Ad queſtiũculã ſecundã.

Ad ħ qđ q̃rit᷑ de natura ⁊ naturali dicendũ ꝙ ſm naturã dicit᷑ multis modis/⁊ ſimilr̃ naturale. dicit᷑ enĩ ſm naturã eſſe qđ cõuenit ſm aliqđ p̃ncipiorũ nature ⁊ qđ cõuenit ꝑ potentiã naturalẽ: ⁊ ſic ſm naturã hoĩs eſt rõnalẽ eſſe ⁊ ſm naturã hoĩs eſt itelligere Et dicit᷑ etiã ſm naturã eſſe qđ ſm viã q̃ eſt in naturã eſt ſicut ẽ ꝑ generationẽ vel ſm generationẽ ⁊ oĩa hec aſſumpſit xp̃s q̃ ſic ſunt ſm naturã ħ mõ quo diximus ſup̃ ꝙ aſſumere large ſumptũ dicit᷑ de aſſumpto ⁊ de eo qđ aſſequit᷑ aſſumptũ in q̃tum eſt in natura humana. Naturale aũt dicat᷑ vel a natura prima/vel a natura corrupta. Et ſi dicat᷑ naturale a natura prima .i. ſm primã inſtitutionẽ tunc oĩa aſſumpſit naturalia: q᷑ imortalitas nõ fuit de naturalib⁹ ſꝫ de gratuitis vt dicit Aug. Si aũt dicat᷑ naturale a natura corrupta/tũc nõ aſſumpſit oĩa nobis naturalia: q᷑ naturale eſt nobis ꝙ naſcimur filiĩ ire/⁊ ħ ipſe nõ aſſumpſit ſed tm̃ aſſumpſit penã ex culpa conſeq̃ntem licet nõ fuerit in ip̃o ex culpa cõſequẽs que tamẽ nõ fuiſſet nec in ip̃o nec in alio niſi culpa p̃ceſſiſſet. hoc modo dicat᷑ penalitas nobis naturalis ab ip̃o aſſumpta ⁊ nõ cõtracta.

Ad queſtiũculã tertiã

Ad id qđ vlterius querit᷑ vtrũ aſſumpſit eſſentiam noſtrã. dicendũ ꝙ eſſentia põt ſumi ab eo qđ eſt in natura noſtra vel natura noſtra ⁊ ſic ſumẽdo naturã noſtrã ſumpſit eſſentiã. Si autẽ ſumat᷑ eſſentia ꝓ eo a quo formalr̃ eſt eſſe hoĩs in q̃tũ hõ. tunc dicendũ videt᷑ ꝙ eſſentia eſt cõſequẽs aſſumptionẽ ſicut ⁊ hõ/⁊ nõ dicet᷑ aſſumpta ſicut p̃exiſtẽs ante aſſumptionẽ ſed ſicut ꝯſequẽs aſſumptũ vt diximus prius.

Ad q̃ſtiũculã quartã

Ad id qđ q̃rit᷑ de hũanitate dicendũ ꝙ mgr̃ dixit ſup̃ diſtinctiõe. iĩ. ca. j. ꝙ noĩe hũanitatis accipit᷑ corpus ⁊ aĩa ⁊ bene cõcedit᷑ ꝙ hec hũanitas eſt aſſumpta p̃ncipalr̃ ⁊ p̃mo. ſi aũt noĩe hũanitatis itelligit᷑ forma hoĩs in q̃tũ hõ eſt/nõ erit aſſumpta niſi eo mõ quo totũ dicit᷑ aſſumptũ qđ habet᷑ in aſſumpto q᷑ enĩ aſſumẽdo corpus ⁊ animã vniuit conſequitur id qđ aſſumptũ eſt ꝑ cõſequẽs ſit homo/⁊ hõ habens eſt humanitatẽ cõſequit᷑ hũanitas in aſſumpto: ⁊ aliter nõ video eſſe concedẽdũ.

Utrum tota trinitas ſit operata ſuſceptionem humane nature.

Arti. VI. F

D Einde querit᷑ de ħ qđ dicit [cũ tota trinitas opata ſit ſuſceptionẽ hoĩs] ꝛ.b. ⁊ ħ infra negabit mgr̃.

Solutio.

Solõ dicẽdũ ſm cõiter gloſantes ſuſcepti hoĩs .i. hũane nature. Uel põt dici ſm p̃dicta ꝙ licet hõ nõ ſuſceptus ſit/tñ id qđ ſuſcipit᷑ conſequit᷑ eſſe hoĩs eo ꝙ ſuſcipiẽdo vnit corp⁹ ⁊ aĩam ⁊ format ⁊ ꝑficit/⁊ ita licet nõ p̃mo tñ ꝯſequẽter hõ ꝑ ſuſceptionem habet᷑ a filio dei ⁊ ip̃e eſt ille homo/eo ꝙ vnio facta eſt in hypoſtaſi.

Per formã dei quid intelligitur.

Arti. VII. G

D Einde querit᷑ de ħ qđ dicit [Cũ inq̃t de xp̃o audis q᷑ forma dei erat] ꝛ.c. Formã enĩ vocat tã naturã hũanã q̃ȝ naturã diuinã. ⁊ q̃ritur rõ hui⁹. Dicit enĩ Boeci⁹ in li. de tri. Forma q̃ ſine materia nõ poterit eſſe ſubiectũ nec vere ineſſe materie: neq̃ȝ enĩ eſſet forma ſed imago. Ex hiĩs enĩ formis q̃ p̃ter materiã ſũt/iſte forme venerũt q̃ ſunt ĩ materia ⁊ corp⁹ efficiũt. nã ceterꝭ q̃ in corꝑib⁹ ſũt abutimur formas vocãtes dũ imagines ſunt: aſſimilat᷑ enĩ formis hiĩs q̃ nõ ſũt in materia ꝯſtitute. Ex ħ accipit᷑ ꝙ diuia natura q̃ nõ eſt in materia nec eſt ſubiectũ alicuius poteſt dici. forma hũana autẽ naturalr̃ nõ niſi abuſion.

Arg. p̃mo ſm Boeciũ

2o

P. hũana natura dicat᷑ in ħ li. a mgr̃o corpus ⁊ aĩa/corp⁹ aũt ⁊ aĩa nec forma ẽ in materia nec extra materiã: ergo videt᷑ ꝙ nõ debeat dici forma.

Solõ.

Solutio q̃dã dixerũt ꝙ hũana natura in xp̃o dr̃ forma q̃ſi foris manẽs ſꝫ q̃cq̃d ſit de ħ/ħ mõ ñ põt dici diuia natura forma. vñ cũ Aug. videat᷑ vtrobiq̃ȝ vno mõ accip̃e nomẽ forme. Dicendũ ꝙ act⁹ forme multi ſũt ſꝫ p̃ncipal' eſt facere cẽ illi⁹ forme ꝓpriũ. vñ cũ xp̃s veriſſime habeat eſſe dei dicat᷑ in forma dei manere ⁊ cũ

veriſſime habeat eſſe hominis dicitur manere in forma
Ad obiectū hois. Ad id autē qḋ de Boecio obijcitur dicendū q̄ ipſe loquitur ibi de formis ſm q̄ deſcendūt a datoribus formarū q̄ ſunt intelligētie ſm phos ꝛ ꝑcipue ab intelligētia prima. vñ forme ille theologice loquendo ſunt ydee quarū imagines ſunt forme que ſunt in materia. humana aūt natura in xp̄o non ſic dicitur forma ſed ab actu forme/qui eſt dare eſſe verū ſm naturā ꝛ hoc eſſe vtraqȝ natura dedit in xp̄m. vñ vere dicimus q̄ ipſe eſt homo ꝛ q̄ ipſe eſt deus.

Arti. VIII H **Quare dicit ſolum verbum carnem trinitas fecit.**

Einde queritur de hoc qḋ dicit [ꝑ hoc q̄ ſolum
d verbū carnē trinitas fecit. ꝛc. d. Caro eīn dicit partē hois vel etiā partē partis: cum igitur ille homo nō ſit caro ſua/nec cū verbo pōt dici vere caro ſua. Si aūt dicitur q̄ pars ꝓ toto ponitur: tūc quero q̄re
Solutio ibi potius ponitur caro ꝓ toto q̄ aīa vel aliud. Solutio dicendū q̄ pars ponitur pro toto/ſed hanc partē duabus de cauſis ſpecialiter poſuit quarū vna eſt q̄ excluderet errorē. Dixerūt eīn quidā heretici deum nō vnibilē carni ꝓpter paſſibilitatē carnis. adeo vt euangeliſta oſtenderet hoc eſſe erroneū nō poſuit partē nobiliorē ſed defectibiliorē. Alia ratio eſt vt ſciremus cū defectus penarū noſtrarū que ipm decet aſſumpſiſſe: quia maximus defectus noſter quo ad mortalitatē ꝛ penā ꝛ dolorem in carne eſt.

Arti. IX. I **Que ſit veritas humane nature.**

Einde queritur de hoc q̄ dicit] In quo ſic veri
d tas incōmutabilis manet diuīe hūaneqȝ ꝛc̄. ꝛ.c. Pōt eīn eſſe dubium que ſit veritas illa. Dicendū ad hoc breuiter q̄ veritas humane nature eſt de qua vere pōt dici hec eſt natura hois/vel pars eſſentialis nature ꝛ ſimiliter veritas nature diuīe de q̄ pōt dici q̄ hec eſt natura diuina. vnde patet q̄ pctm̄ nō eſt de vitate hūane nature. qm̄ hoc nec natura eſt nec pars nature ſed ꝑter naturā ꝛ ꝯtra naturā ꝛ corrūpens bonū nature/qḋ eſt modus ſpecies ꝛ ordo: et ideo hoc nō aſſumpſit xp̄s. Similiter penalitas nō eſt de veritate humane nature: q2 ſine illa vera eſt humana natura/ſicut fuit in ꝑmo ſtatu ꝛ ſicut erit in glīa et ideo pena eſt aſſumpta cū natura de ſtatu ſecūdo nō ꝑmo tanq̄ aliqd cōiūctū nature ꝛ h̄ fuit cōueniēs ꝓpter modū redēptiōis, nō eſt tn̄ pena cōtra veritatē ſicut pctm̄: q2 cauſatur ex naturali qḋ eſt cōmixtio contrariorū pugnantiū ꝛ diſſolubiliū.

Arti. X. K **An aſſumptum neceſſario fuit natura vel perſona.**

Os aūt oīs mēdacij ꝛ cōtradictōis notā. ſ. a.
n Hic incidit q̄ſtio de aſſumpto hoc vtrū hoc neceſſario fuerit natura vel ꝑſona. Et ſi natura vtrū aliq̄ mō aſſumptus eſt hō ꝛ ſic hic hō ſit aſſumptus vel nō ꝛ qḋ incōueniēs ſequitur ſi dicatur ꝑſona eſt
Arguitur ꝑo aſſumpta. Videtur eīn q̄ natura nō ſit aſſumpta nihil eīn aſſumitur niſi qḋ eſt ante aſſumptionē: natura aūt xp̄i nō fuit ante aſſumptionē ḡ nō eſt aſſumpta. prima patet ꝑ ſe. ſcḋa ꝓbatur ex hoc/q̄ ſpūſſctūs ſeparando naturā ꝛ faciēdo formauit ꝛ aīauit ꝛ vniuit eā filio/ vt prius habitū eſt: ḡ nunq̄ fuit natura ante aſſumptione.
2° Item aſſumptio fit ad vniēdū ſibi. natura aūt nec vnita fuit filio nec nature diuine: ḡ nō fuit aſſumpta. prima patet ex ſcriptis in lr̄a. q2 aſſumptiōe xp̄s factus eſt vnus: ꝛ ideo ſepe aſſumptio in tranſlatione ponitur loco vnionis. Scḋa aūt ꝓbatur ꝑ hoc q̄ omne vnitū eſt vnū ei cui vnitū eſt. humana aūt natura nec eſt filius hois nec filius dei nec diuina natura: ḡ nulla vnio eſt in ip̄a. cū igitur aſſumptio ſit ꝓpter vnionem natura nō videtur aſſumpta. 3° Itē quecūqȝ eiuſdē ſeparationis ſemꝑ manēt vno tēpore nō ſunt magis vnita q̄ alio. natura diuina ꝛ humana eiuſdē ſeparationis ſemꝑ manēt: ḡ vno tēpore nō ſūt magis vnita q̄ alio. Probatio medie q2 prima ꝑ ſe patet. q2 ab initio diuina natura nunq̄ fuit hūana nec diuīa ꝑſona fuit humana natura nec modo etiā ſicut nec tunc: ḡ cōſtat q̄ ſemꝑ eſt eadē ſeparatio inter illa ḡ nūq̄ aſſumitur vel vnitur nec nature diuine nec ꝑſone diuine natura humana.
Itē oē vnitū alteri vel aſſūptū in vnionē acq̄rit ꝓprietates illius cui vnitur ꝛ a q̄ aſſumitur hūana natura nūq̄ acquirit aliquā ꝓprietatē nature diuīe nec ꝑſone diuine: ḡ neutri vnq̄ vnitur ꝛ a neutro vnq̄ aſſumitur. 4° Probatio medie ꝑma eīn cōſtat. ꝓprietates eīn nature diuine ꝛ diuīe ꝑſone ſunt increatū imortale ipaſſibile ꝛ hmōi ꝛ harū nulla participatur a natura hūana. Si
Rōnes in cōtrariū. hoc concedatur contra hoc plurime ſunt auctoritates quas adducit lr̄a. Prima eīn ratio eſt in ꝯtrariū ſic: qḋ nec aſſumptiōe nec vnione eſt in filio dei nullo mō eſt in ip̄o. igitur ſi vna hūana natura nec vniōe nec aſſūptiōe eſt in filio dei: ḡ nullo mō eſt in ipo/ſed eſt in ipo ergo aliqd eſt rōne cōſequētis vnione vel aſſumptiōe erit in eo: nō aūt vnione ꝓprie/vt patꝫ ex prius diſputatis in ꝑncipio iſtius diſtinctiōis ḡ aſſumptiōe erit in ip̄o: ergo humana natura eſt aſſumpta. Itē aſſumptū eſt ad ſe ſumptū/cōſtat aūt q̄ humana natura eſt ad perſonā ſumpta: q2 eſt in ꝑſona ḡ humana natura eſt aſſūpta ꝛ q2 hoc omnes dicūt ſufficiūt ratiōes adducte.
Solō Solutio dicendū q̄ hūana natura eſt aſſumptū ꝓprie ꝛ ꝑ ſe ꝛ etiā vnita aliq̄ mō ſed aſſumpta eſt ꝑmo ꝛ ꝑ ſe. vnita aūt in hypoſtaſi ſua ad hypoſtaſim diuinā.
Ad primū Ad primū ḡ dicendū q̄ humanā naturam in potentia naturali concedimus fuiſſe etiā anteq̄ a chriſto aſſumeretur: ſed xp̄i natura nō fuit anteq̄ erat aſſumpta a verbo nec valet hoc argumentū/non fuit anteq̄ aſſumeretur: ergo nō potuit aſſumi: q2 licet aſſumēdo fecerit tn̄ aſſumptio nō priuat naturā factā ſicut ſi ego veſtem ad me trahendo facerē nihilo minus factā attraherē ꝑ hoc eīn q̄ vtrūqȝ eſt cū alio. ſ. facere ꝛ aſſumere vnū nō deſtruitur ab alio.
Ad 2m. Ad aliud dicēdum q̄ verū eſt hoc q̄ aſſumptio fit ad vniendū: ſed nō oportet q̄ natura vniatur in ſe ꝛ per ſe: ſed ſufficit q̄ vniatur ꝛ cōpleatur in ſua hypoſtaſi: non eīn nullo modo vnitū eſt qḋ hypoſtaſi ſue eſt vnitū. non eīn oportet q̄ vnū conſtitutū ſit vnū in eſſe nature ſed ſufficit q̄ reſpondeat ei vnitas ꝑſone.
Ad 3m Ad aliud dicendū q̄ hec eſt falſa q̄ humana natura cū deo vel filio dei ſemper ſit eiuſdē ſeparationis: q2 licet nunq̄ fuerit vnū in ſe cū ip̄a hypoſtaſi vel natura tn̄ poſtq̄ aſſumpta eſt conſecrata ꝛ cōiuncta fuit nouo modo filio dei ꝛ nature diuine in ꝑſona vna ꝛ hec eſt cōiunctio q̄ poteſt eſſe in aſſumptiōe nature.
Ad 4m Ad aliud dicendū q̄ verum eſt q̄ diuīa natura nō cōicat ꝓprietates ſuas hūane nature in ſe ſed h̄ nō ſufficit ad h̄ q̄ nō ſit ibi aſſumptio. ſufficit eīn aſſumptiōi vt hypoſtaſis hūane nature participet ꝓprietates filij dei ꝛ nature diuine ꝛ ecōuerſo hypoſtaſis diuina accipiat ꝓprietates hypoſtaſis humane ſicut ante dictum eſt.

An homo vel hic homo vel aliquis homo ſit aſſumptus. Arti. XI. L

Ecūdo q̄rit᷑ vtrū hō vel hic homo vel aliquis
hō ſit aſſumptus. videt᷑ aūt ꝙ h hō ſit aſſum-
ptus hec em̄ ꝯcedit᷑ ꝙ xp̄s aſſumpſit corpus
⁊ animā aut ḡ aſſumpſit ea vnita aut nō vnita. ſi non
vnita ḡ erūt ibi due aſſumptiones / vna corporis altera
2º aīe. R̄. h ſup̄ in diſtin. ij. ſcriptū in lr̄a iacet ꝙ hec aſ
ſumpſit vnita. modus aūt vniōis nature eſt ſicut potē-
tia ⁊ actus: ḡ faciūt vnū completū in genere hominū
nihil aūt ē completū in genere hominū niſi h aliqd ⁊ hic
hō: ḡ aſſumpſit filiꝰ dei hūc hominē vel hoiem aliquē
Queſtiūcula prima. R̄. quare nō ꝯcedit᷑ hec / aſſumpſit hūc hoiem. Si
ꝓpter h ꝙ oporteret hoiem hūc p̄exiſtentē an̄ aſſūptio-
Obiectio nē qḋ nō eſt veꝝ: ḡ etiā nō debet ꝯcedi ꝙ aſſūpſit na
turā hūanā: q2 natura hūana q̄ aſſumpta eſt a verbo
nō p̄extitit an̄ aſſumptionē. ſed iſta ꝯcedit᷑: ḡ ⁊ illa de
3º bet ꝯcedi. Itē oim̄ ꝯiungibiliū ꝑ naturā ꝯiunctio
ꝯſtituit aliqḋ vnū / ſed corpus ⁊ aīa ꝯiūgibilia ſunt
ḡ ꝯiunctio iſtoꝝ ꝯſtituet aliqḋ vnū qḋ eſt ex vtroq3.
xp̄s aūt aſſumpſit ea ꝯiūcta ḡ ꝯiūctio iſtoꝝ ꝯſtitue
rat iā aliqḋ vnū ante aſſūptionē ꝑ intellectū. Que
Queſtiūcula ſecunda. rat᷑ ḡ qd ſit illud vnū ex corꝑe ⁊ aīa ꝯſtitutū / ⁊ nō pōt
inueniri niſi hic hō ḡ aſſumpſit hūc hoiem vt videtur
In oppoᵐ. Si aūt h ꝯcedit᷑ ꝯ̄triū multis ſctōꝝ auctoritatibꝰ
ꝓbat᷑ in lr̄a ⁊ dicit etiā mgr̄ ꝙ indubitabilr̄ ꝯſtat ꝙ
ꝑſona nō eſt aſſumpta cū igit᷑ h hō nō eſt niſi ꝑſona h
Solutio pncipalis. hō nō erit aſſumptꝰ. Solutio dōm ꝙ filiꝰ dei nec
aſſumpſit hoiem nec hūc hoiem ſicut dic mgr̄. Ieſus
gratia p̄parata eſt habitus ipſos reddens bonos: ꝛ
opa eoꝝ faciens bona ꝛ meritoria. in xp̃o aũt eſt gra-
tia vniõis ad eſſe ꝛ nõ p̄parat̃ ei vt ipſe homo ſit eter-
nus filio dei: ſed tñ hoc nõ p̄parat̃ filio dei; q2 ipſe ab
eterno fuit hoc.

Artic. VI. An cõcedẽdũ ſit fili⁹ dei p̄deſtinat⁹ ẽ eſſe hõ

F T Ertio querit̃ vtrũ cõcedendũ ſit ꝙ fili⁹ dei eſt
Arg. p̄mo t p̄deſtinatus eſſe homo: videt̃ ꝙ nõ: q2 p̄deſti
ꝙ nõ. natio virtute ꝓpoſitiõis prenotat ordinẽ acceſ
ſiõis reſpectu p̄deſtinati: cũ igit̃ h̃ fili⁹ dei ſit p̄deſtina
tus oporteret ꝙ aliq̃d prius eſſet filio dei / qđ falſũ eſt
2º Itẽ nihil p̄deſtinat̃ niſi ad gratiã vel ad gloriã vel
alteꝝ illoꝝ. filio aũt dei nulla gratia p̄parat̃. non eñ
fit ei gratia ꝑ vnionẽ ad hominẽ: ſed potius econuerſo
ꝰ videt̃ ꝙ filius dei nõ ſit p̄deſtinatus eſſe homo in tẽ
In opm ꝓ pore. Sed cõtra in lr̃a ſupra habitũ eſt ꝙ p̄deſtina
tũ eſt ꝙ filius dei eſſet homo in tẽpore: ꝰ videt̃ ꝙ fili⁹
2º dei p̄deſtinatus eſt eſſe homo. P̄ filius dei eſt hõ p̄
deſtinatus: aut ꝰ hoc ab eterno eſt veꝝ / aut nõ. ſi ſic /
ꝰ ab eterno veꝝ eſt ꝙ filius dei ſit homo / qđ falſum ẽ
Si in tempore eſt verificatũ: ꝰ ante fuit p̄uiſum vt fie
ret: aut ꝰ vt fieret ꝑ gratiã / aut ꝑ naturã. nõ ꝑ natu-
rã / ꝰ ꝑ gratiã: ſed nulla gratia dat̃ in tẽpore q̃ añ non
prepareť: ꝰ p̄uiſum eſt ꝛ p̄paratũ ꝑ gratiã vt fili⁹ dei
ſit homo iſte predeſtinatus: ꝰ a diffinitiõe filius dei p̄
Solo. deſtinatus eſt eſſe homo. Solutio dicendũ ꝙ hec
eſt duplex filius dei p̄deſtinatus eſt eſſe hõ / ex eo ꝙ li
p̄deſtinatus poteſt determinare cõpoſitionẽ ex parte
ſubiecti / vel ex pte p̄dicati. Si determinat eã ex parte
p̄dicati vera eſt: quia filiũ dei eſſe hominẽ p̄deſtinatũ
eſt. Si aũt determinat ex pte ſubiecti / ſic notabit an-
tecesſionẽ ad ſubiectũ: ꝛ ſic falſa eſt. Quidã tñ dicunt
ꝙ alia de cauſa eſt duplex. ſ. ex eo ꝙ li p̄deſtinatus pt
eſſe nomẽ vel ꝑticipiũ: ꝛ ſi ſit nomẽ dicũt ꝙ eſt adiecti
uũ huius ꝙ dico hõ. ꝛ ſi ſit participiũ / tunc dicunt eã
eſſe falſam. ſed hoc nihil: q2 ſi ſit nomẽ tunc nihil eſt di
ctũ ꝙ filius dei p̄deſtinatus eſt eſſe hõ: ſicut nihil eſt
dictũ filius dei eſt eſſe homo / q̃n incõgrua eſt locutio
vnde prima diſtinctio melior eſt. Ad id ꝰ qđ obijcit̃ Ad p̄ª obs
cõtra dicendũ ꝙ ſi li p̄deſtinatus determinet cõpoſi- ſimul.
tionẽ ante ꝛ poſt / tunc notabit antecesſionẽ reſpectu
filij dei ſm ſe: ſed ponus reſpectu hoĩs eſſe. ꝛ per hoc
patet etiã ſolutio ad ſecundum.

Arti. VII An xp̃s ſit p̄deſtinatus vt ſit hic homo.

G D Einde querit̃ de hoc qđ dicit: [Filius dei ſm
hominẽ p̄deſtinatus eſt vt ſit filius dei. ꝛc̃.]
Arg. p̄mo ꝙ ſic. ſ. h. Per hoc eñ hec videt̃ a magiſtro cõcedi:
hic homo vel xp̃s ens homo p̄deſtinatus eſt vt ſit fi-
lius dei: ꝛ videt̃ hec falſa eſſe: hic homo vel homo pre
deſtinatus eſt vt ſit filius dei. nihil eñ eſt p̄deſtinatũ
qđ nõ ab eterno ſit p̄deſtinatũ. ſi ꝰ hec eſt vera: xp̃us

ſm hominē vel humanā naturā eſt pdeſtinat⁹ videt̄ q̄ ante incarnationē fuit vera: ſicut etiā hec vera dicitur eſſe petr⁹ ab eterno pdeſtinat⁹ eſt vel fuit pdeſti-
In ɔtrariū natus. Sed cōtra cū dicit̄ hic homo ante incarnationē eſt pdeſtinat⁹ hic homo ſupponit ei qḋ ſupplet vicē verbi p̄teriti tp̄is ſicut cū dicit̄ hic homo eſt amatus. Regula aūt eſt q̄ termin⁹ ſupponēs verbo p̄teriti tēporis ſupponit p p̄ſenti vel p p̄terito ſi debeat locutio eē v̄a. Seq̄t ei: hic ē amat⁹ vl' hō ē amat⁹ ergo homo qui eſt vl' fuit eſt amat⁹: ergo a ſili: ſi xp̄s eſt pdeſtinat⁹: videt̄ q̄ aut hō q̄ eſt aut q̄ fuit: ⁊ cū p vtroq̄ʒ falſa ſit: videt̄ locutio ſimplicit̄ eſſe falſa ⁊ hec
Solutio ad totū obiectio generalis eſt de oībus pdeſtinatis. Solutio dicēdū q̄ hoc nō ſequit̄ cū verbis gtinētib ad actū anīe vel notantib formā: q2 illa habēt vim ampliādi: nō eñ ſequit̄ cogitatū eſt de hoīe: ergo de homine qui eſt vel q̄ fuit: nec ſequit̄ homo pōt vel potuit eſſe: ergo homo qui eſt vel qui fuit. Similit̄ eſt hoc qḋ dico q̄ pdeſtinat⁹ pertinet ad actū intellect⁹ ⁊ voluntatis diuine: q2 eſſe pdeſtinatū eſt eſſe puiſum ad gratiā ⁊ gloriā: ⁊ ideo nō ſequit̄ q̄ ſit de eo q̄ ē vl' fuit ſed ſufficit ei q̄ futurus ſit.

Arti. VIII. D An chriſtus ſit predeſtinatus ad gratiam infinitam.

Einde querit̄ de hoc qḋ dicit [Ut autē ipſe
d ens homo ſic fili⁹ dei per gratiā haberet]. ⁊c.
Ex hoc eñ videt̄ q̄ ad gratiā ſit pdeſtinatus
Arguit̄ p̄o q̄ ſic. ⁊ videt̄ q̄ ad gratiā infinitā. Joh. 3. Nō eñ dat de⁹ ad menſurā ſpiritū: qḋ aūt nō eſt ad menſurā hoc eſt infinitū: ergo videt̄ q̄ ipſe pdeſtinat⁹ ſit ad gratiā in-
2o finitā. Itē vidim⁹ gloriā ei⁹ quaſi vnigeniti a patre plenū gratie ⁊ veritatis. Cū autē nulla gr̄a ſit in ipſo niſi pparata ab eterno / videt̄ eſſe pdeſtinat⁹ ad plenitudinē gratie de cuius plenitudine oēs accepi-
3o mus gratiā p gratia. Itē glo. ſup illud Rom. 8. Nullū mai⁹ donū poſſet de⁹ pdeſtinare homi q̄ʒ vt verbū ſuū per qḋ omnia creauit caput faceret illis ⁊ ipſos tanq̄ʒ mēbra capitis: ergo pdeſtinat⁹ eſt ad h̄ / q̄ ſit caput eccleſie: ſed caput influit ſenſum ⁊ motū: ergo ipſe influit eccleſie ſenſum fidei ⁊ motū gratie: h̄ autē nō p̄t facere niſi ex plenitudine diuina: q2 fides ⁊ gratia a nulla creatura poſſunt eſſe: ergo hic homo
In oppoſitū q̄ nō p̄o pdeſtinatus eſt ad gratiā infinitā. Sed cōtra gr̄a infinita eſt gr̄a increata: q2 nihil infinitū eſt niſi increatū: ſed increatū eſt eternū: qḋ autē eternū eſt nihil p̄cedit: ergo illā gratiā nihil p̄cedit. Omne autē qḋ pdeſtinatiōe preparat̄ p̄cedit pdeſtinatio: ergo pdeſtinatio non pparat huic homi gratiā infinitā vel
2o increatā. Itē pdeſtinatio eſt ppatio gratie in p̄ſenti ⁊ glorie in futuro: ergo ⁊ gratia ⁊ gloria pparata ex pdeſtinatōe habēt cōditionē ex differētia tēporis cōſignata: eternū autē ⁊ infinitū nullā habēt talē tēporis cōditionē: ergo pdeſtinatio nō pparat gra
Solo tiā eternā vel infinitā. Solutio dicendū q̄ omnis gratia que habet̄ a chriſto homie ſm q̄ pdeſtinatus pdeſtinata eſt ſecū ⁊ pparata ſibi ⁊ eſt creata in tēpore: q2 ipſe nō eſt pdeſtinatus niſi inquātū hō vt pri⁹ pbatū eſt: ⁊ hec gratia eſt duplex. ſ. vniōis ⁊ habit⁹ vnionis autē iterū eſt duplex. ſ. prima ⁊ cōſequens. Prima eſt vt vere ſit fili⁹ dei ⁊ vnio creata ſit q̄ media eſt iter hominē ⁊ filiū dei ⁊ naturā humanā ⁊ naturā diuinā: vt ſupra pbatū eſt: q2 ē relatio ſe tenēs ſm rē ex parte vniti qḋ creatū eſt: ⁊ ad hāc gratiā ſequitur multiplex alia gratia. ſ. q̄ ſit caput q̄ ſit de⁹ q̄ ſit influēs eccleſie ſenſum ⁊ motū / que licet infinita ⁊ eterna ſint in ſe: tamē relatio homis ad illa non eſt niſi per vnionē in tēpore factā: ⁊ ſic inquātū ſunt hmōi homis pparata ſunt ⁊ pdeſtinata: ⁊ nō ſimpliciter: ⁊ hoc eſt qḋ intēdit dicere magr̄ ex verbis Augu. ⁊ per hoc patet ſolutio totū que primo obijciunt̄ in cōtrariū. Gratia autē habitualis eſt charitas xp̄i ⁊ virtutes alie: ⁊ ad has conſequēs gratia eſt meritū chriſti ⁊ hmōi: ⁊ per hāc diſtinctionē patet ſolutio ad omnia queſita. Sunt tamē qui hoc dicūt q̄ nul- Opinio alio⁊u.
la gratia infinita pdeſtinata eſt in chriſto / ⁊ dicūt q̄ chriſt⁹ eſt caput eccleſie dupliciter: ſcʒ in cōformitate nature: ⁊ ſic nō influit niſi per meritū. ſ. q2 meruit eccleſie gratiā: ⁊ eſt vnū caput cū patre ⁊ ſpūſancto: ⁊ ſic influit: ⁊ hoc nō pdeſtinatū eſſe chriſto dicunt.
Sed cōtra hic homo habet influere ſenſū ⁊ motū Inſtātia cōtra illā opinionē.
⁊ non ab eterno: ergo in tēpore ⁊ nihil habet in tēpore niſi qḋ eſt ei pparatū ab eterno: ergo ab eterno eſt Alia.
ei hoc pdeſtinatū. P̄ in littera ſepe habet̄ pdeſtinatū eſt vt eſſet deus naturalit̄ ⁊ vere: ⁊ vt eſſet fili⁹ dei vnde patet illā opinionē eſſe falſam: licet eñ eternū nō incipiat in ſe: tamē iſte incepit eſſe eternū .i. id qḋ eternū ⁊ infinitū: vnde etiā iſta concedit̄ q̄ iſte puer creauit ſtellas: ⁊ hoc (q2 gratiā habuit) ſine dubio pdeſtinatū fuit anteq̄ʒ gratiā haberet.

An chriſtus ſit adoptiu⁹ filius ſm q̄ homo vel alio modo.

Si vero queritur an chriſtus ſit adoptiu⁹ filius ſm q̄ homo ſiue alio modo: reſpōdemus chriſtū nō eſſe adoptiuū filiū aliq̄ mō ſed tm̄ naturalē: quia natura filius dei eſt: nō ado- a
ptiōis gratia. Nō aūt ſic dicit̄ filius natura: vt dicit̄ deus natura. Nō enim eo filius eſt q̄ deus eſt: quia natiuitate diuinitatis fili⁹ eſt: ⁊ tamen dicit̄ natura vel nature filius: q2 naturaliter eſt filius: eandē ſcʒ habēs naturam quā ille qui genuit. Adoptiuus autē fili⁹ nō Eph. 2. b
eſt: q2 prius nō fuit: ⁊ poſtmodū adoptatiu⁹ eſt i filiū: ſicut nos dicimur adoptiui filij: q2 cū nati fuerim⁹ ire filij: per gratiā facti ſum⁹ filij dei: chriſtus vero nūq̄ʒ fuit nō filius dei: ⁊ ideo nō eſt adoptiuus filius.

Arti. IX. J An chriſtus ſit filius adoptiu⁹.

J vo querit̄ an chriſt⁹ ſit adoptiu⁹] Hic in-
e cipit illa pars que eſt de q̄ſtione illa: Utrum chriſtus ſit adoptiuus filius. Et diuiditur in partes duas: In quarum prima oſtendit q̄ chriſtus nō ſit adoptiu⁹ ſed natura filius. In ſecūda obijcit in cōtrariū ⁊ ſoluit ibi [Sed ad h̄ opponit̄] Ante litterā oportet hic duo querere. ſ. quid ſit adoptio in diuinis: ⁊ vtrū deo cōueniat aliquid adoptare.
Ad primū p̄cedit̄ ſic: Adoptio a viris pfectis ſit deſcribit̄ / eſt extranee pſone in filiū vel nepotē: vel dejncceps aſſumptio legittima. Sed cōtra hāc diffini Arguit̄ p̄o
tionē videt̄ q̄ eſſe in diuinis ſm deū nō eſt aliq̄s extraneus deo: ergo videt̄ q̄ nullus adoptat̄. Item 2o
pater adoptiu⁹ nō pducit filiū adoptiuū ad eſſe: ſed deus nos oēs pducit ad eſſe: ergo nō pōt eſſe pat̄ ad-

30 optiu⁹. ℗ cū adoptio duob⁹ modis fiat ꝑ leges.ſ.
qn̄ aliquis q̄ ſui iuris eſt adoptat̄ in filiū ⁊ trāſit i tu
telā ⁊ dn̄iū adoptatoris: ⁊ ſiliter filij ſi quos habet/
que adoptio dicit̄ arrogatio. Alia fit adoptio eius q̄
nō eſt ſui iuris: ſed adhuc ſub gubernatiōe natural̄
Queſtiūcu la ſcd̄a — p̄ris ⁊ ille nō trāſit ad dn̄iū adoptatoris. Querit̄
vtrū vtroq; mō poſſit eſſe in diuinis: videt̄ q̄ ſic: q̄a
oēs adoptamur/ ſiue ſimus noſtri iuris ſiue nō: er-
Arguit̄ p̄o — go videtur q̄ vtroq; modo ſit in diuinis. Sed con-
ꝯ q̄ſtiūculā — tra adoptat⁹ ſimplici adoptiōe nō trāſit in regimē pa
tris adoptātis: ſed oēs adoptan a deo trāſeūt in di-
ſciplinā ⁊ gubernationē dei: ḡ nō eſt in diuinis ado-
2° ptio/ ꝓbatio medie. Ad Heb.12. Quis filius quem
nō corripit p̄r q̄ ſi extra diſciplinā eſtis cui⁹ partici-
3° pes facti ſunt oēs: ergo adulteri ⁊ nō filij eſtis. Itē
ad Rom.8. Nō eñ accepiſtis ſpiritū ſeruitutis ite-
rū in timore: ſed accepiſtis ſpiritū adoptiōis filiorū
in quo clamam⁹ abba p̄r: ergo videt̄ ex quo oēs trāſi
mus i dn̄iū dei ꝑ adoptionē q̄ nō ſit ibi adoptio ſim
Queſtiūcu la tertia — plex: ſed arrogatio tm̄. ℗ querit̄ de hoc q̄ dicit: aſ
ſumptio legitima: videt̄ eñ eo ipſo aſſumere q̄ cre-
Arguit̄ p̄o — at nos: q̄z creat nobis lumē vultus ſui qd̄ eſt imago
in aīa noſtra: ergo videt̄ q̄ ex creatiōe ſumit nos i fi-
2° lios. ℗ ſancti dicūt q̄ ſum⁹ filij dei ex creatiōe ⁊ nō
In ꝯriū p̄o — naturales filij: ergo ſum⁹ filij adoptiui. Sed cō-
tra adoptio nō fit niſi de cōſenſu libe.ar. nō eñ com-
pellit nolētes: vt dicit Dam̄. Ex creatiōe autē nō ha
bemus vſum libe.ar. ergo videt̄ q̄ nō ſum⁹ filij ado
2° ptiui ex creatiōe. ℗ ſpūs adoptiōis diſtinguit̄ a ſpi
ritu ſeruitutis: vt p̄z⁹ patuit in auctoritate inducta
ſed ſpūs adoptiōis eſt in gratia gratū faciēte quā nō
habem⁹ a natura: ergo videt̄ q̄ nō a natura ſumus
3° filij adoptionis. Itē apl'us Rom̄.8. infert poſtq̄
locut⁹ eſt de ſpū adoptiōis q̄ facit filios: ſi autē filij ⁊
heredes/ heredes quidē dei/ coheredes autē chriſti.
Queſtiūcu la quarta. — Cōſtat autē q̄ nō ex creatiōe ſum⁹ heredes: ergo vi
detur q̄ non ex creatiōe ſumus adoptati. Prete-
Queſtiūcu la q̄nta. — rea que eſt legitima aſſumptiō: ſi illa eſt que fit ſm̄ le
ges: illa fit de conſenſu principis/ ſi eſt arrogatio vel
de cōſenſu ſenat⁹/ qn̄ eſt adoptio ſimplex: nihil autē
ſil'e eſt in diuinis: ergo videt̄ q̄ quo ad hoc valet diſ
finitio. Itē Aug⁹ dicit q̄ ꝑ filiū naturalē adoptāt̄
filij gratie: ⁊ h̄ mō nō fit adoptio legitima: imo ado
ptat pater ſine filio: ergo videt̄ q̄ adoptio in diuinis
Sol'o — nō fit ad ſilitudinē legalis adoptiōis. Sol'o dicē
dū q̄ in parte adoptio diuina ſil'is eſt legali: ⁊ in pte
diſſimil': quo ad hoc eñ q̄ adoptio fit ꝑ fauorē ado-
ptantis ſpecialē ad adoptatū: ⁊ q̄ adoptat⁹ arroga
tione trāſit in p̄tātē p̄ris adoptiui: ⁊ quo ad ius ali-
qd̄ in hereditate ꝑcipiēda ſm̄ filij portionē adoptiui
ſil'e eſt. Quo ad hoc aūt q̄ pater adoptiu⁹ adoptiuo
filio nō tenet̄ dare niſi quartā partem bonoꝝ: ⁊ quo
ad hoc q̄ eſt extrane⁹ ab eo/ ita q̄ ipſe nō cōduxit eū
ad eſſe eſt aliquātulū diſſimile. Dicēdū ergo ad p̄i
mū q̄ omnes adoptamur in filios propter heredita
tis beatitudinem patris noſtri adoptantis. Unde
in pſ̄.141. Portio mea domīe ſit in terra viuentiū.
Et alibi: Funes ceciderūt mihi in preclaris ⁊ baruch
O iſrl' q̄ magna eſt dom⁹ dei ⁊ ingēs loc⁹ habitatio
Ad p̄imū. — nis eius. Ad p̄imū ergo dicendū q̄ extrane⁹ deo
nullus eſt: q̄a extraneus in ſacra ſcriptura notat in
alienationē vitij: ſicut dicit̄ in pſ̄.17. Filij alieni mē
titi ſunt mihi: filij alieni inueterauerūt ⁊c̄. Un̄ Act.
17. dixit Paulus: Quoniā ipſi⁹ genus ſum⁹: ſ; ta-
men nō ſum⁹ filij ꝑ naturā: ideo adoptari poſſum⁹.
Ad alıud dicendū q̄ licet nos de⁹ ad eſſe cōducat — Ad ſcd̄m.
tamē nō generādo cōducit ad eſſe: ⁊ iō nō ſumus de
ſua ſubſtātia: ⁊ ideo nō poſſum⁹ adoptari. Ad aliud — Ad tertiū ⁊
dicendū q̄ aliqd̄ ſil'e inuenit̄ vtriq; adoptiōi quo ad — ad q̄ſtiūcu-
hoc q̄ q̄dā ꝑ adoptiōis gratiā in ſpecialiorē poteſta- — lā ſcd̄ā
tē tranſeūt dei adoptantis/ ſicut religioſi qui q̄ſi ar-
rogant̄ eo q̄ faciūt ſe p̄imo mācipatos per illud qd̄
habet̄ Deut.33. Dixerūt patri ſuo ⁊ matri ſue: Ne-
ſcio vos ⁊ fratrib⁹ ſuis ignoro illos. Alij vero rema-
nentes in ſeculo/ in cura ⁊ ſolicitudine hui⁹ vite ma
gis habēt aliqd̄ ſil'e adoptiōi ſimplici. Ad aliud di- — Ad obiecta
cendū q̄ bene cōcedo q̄ oēs illi adoptant̄ q̄ per teſti- — ꝯ ſcd̄ā q̄-
moniū gratie adoptantis ⁊ ſpūſſancti poſſunt dicere — ſtiunculā.
in cōſcīetia abba: quia illud teſtimoniū exigit̄ ſicē di
cit apl's ad Rom̄.8. Ipſe eñ ſpirit⁹ teſtimoniū red-
det ſpūi noſtro q̄ ſum⁹ filij dei: ſi aūt filij ⁊ heredes/
heredes q̄dē dei/ coheredes autē chriſti. Ad hoc qd̄ — Ad queſtiū
querit̄ vtrū eo q̄ ſim⁹ adoptati creamur: dicendū q̄ — culā tertiā:
nō: q̄z ſola ſilitudo imaginis nō facit nos filios ado — ⁊ ad duo p̄
ptiuos/ eo q̄ ex creatiōe nulla creatura habet vnde — ma.
poſſet iure tranſire in dn̄iū patris: ſed ex adoptione
accipim⁹ pign⁹ ſpūs quo acquirim⁹ ius in heredita
te ⁊ dn̄iū patris/ nec tamē dico q̄ exigat̄ vſus liberi
arbi. q̄z ſic paruuli non haberēt gratiā adoptionis.
Ad hoc autē qd̄ obijcit̄ q̄ nō cōpellit nolētē ſiue re — Ad obiecta
nitentē: dicendū q̄ cōpellere eſt vim inferre: ⁊ vis in- — in cōtrariū
fertur vbi eſt obſtaculū reſiſtens: ſed in paruulis his
⁊ ſi ſit obſtaculū originalis peccati: nō tamē eſt reſi-
ſtens cū cōtrario conatu volūtatis: ⁊ ideo nō eſt ibi
cōpulſio. ℗ ad hoc q̄ adoptent̄ operant̄ paſſio chri
ſti ⁊ fides matris eccleſie: ⁊ talis adoptio fit ex nimia
liberalitate principis adoptātis. Ad hoc quod vl- — Ad q̄ſtiūcu
terius querit̄ vtrū ſit de coſenſu principis: dicendū — lā quartā
q̄ nō: quia iſta adoptio eſt principis: nō eñ oportet
q̄ princeps querat cōſenſum alterius vel ſenat⁹ vn-
de etiā largiori manu fit iſta adoptio q̄ humana: q̄a
fit ad totā hereditatē: ⁊ nō ab eo qui careat filio: ſed
ab eo qui habet vnigenitū: ⁊ qui multos filios i glo
riam domus ſue adducit/ nec fit ab eo qui alios non
adoptauerit: ſed ab eo qui omnes adoptauit: in hu-
manis eñ legib⁹ nō poteſt adoptare habēs liberos
naturales ꝓpter penuriā que cōtingit ex diuiſiōe he
reditatis. Similiter nō multos pōt adoptare eadē
de cauſa: ⁊ hoc obſtaculū nō eſt i diuinis: ⁊ ideo oēs
adoptari poſſumus ſinguli in hereditatē totā. Ad — Ad queſtiū
id qd̄ querit̄ vtrū fiat mediāte filio per naturā dicē- — culā q̄ntā.
dū q̄ ſic: pater enim adoptat a proprietate: ſed filius
nomē filiatiōis nob̄ cōmunicat ⁊ transfert in regnū
hereditatis ſue per ius adoptionis. Spiritus autē
ſan.ctus eſt quo vt pignore quodā adoptamur ꝑ cha
ritatem que filios facit. Ex autē obijcit̄ q̄ ſm̄ hoc nō
videtur eſſe legitima. dicēdū q̄ legitima eſt adhuc
quia in humana adoptione aliud reformat pactū vt
dictū eſt ſcilicet penuria que contingit per diuiſionē
hereditatis: ſed hic quāto plures adoptantur maior
ſingulorū efficit̄ hereditas.

An deo conueniat adoptare. — Arti. X.

R

Ecūdo queritur vtrū cōueniat deo adoptare.
Videt̄ autē q̄ nō: q̄z adoptare non poteſt qui — Arguit̄ p̄o q̄ non.
multos habet filios. ℗ adoptio conceſſa eſt — 2°
pro ſolatiō filioꝝ amiſſorū: vnde etiā mulieri conce
ditur in ſolatiū pro filijs defunctis: ergo videtur q̄

In oppoſitū ꝙ ſic. deo nō cōueniat. Sed cōtra adoptare nō pōt qui
generare nō pōt: ſed deus nos regenerat: ergo omnes
adoptare poteſt per locū a cōtrario ſenſu quo iuriſpe
riti in ſuis argumētis vtūť. Unde Eſa. 66. Si ego
qui generationē alijs tribuo ipſe ſterilis ero: diť do
Solutio minus. Solutio illud queſitū iā ſupra determi
natū eſt: quia deꝰ adoptare larga manu omnes pōt/
Ad obiecta propter diuitias ſui patrimonij. Ad hoc autē qꝺ
obijcitur dicēdū ꝙ hec adoptio nō fit propter diſtin
ctionē filiorū niſi dicamus ꝙ fit ad reſtaurandā rui
nā in celo factā ⁊ in paradiſo: ſed hoc nō erit cōueni
ens niſi de illa adoptiōe qua adoptanť filij ire/ de q̄
infra determinabiť: qꝛ gratia adoptiōis ad heredi
tatem cōpetit omni creature ratiōali/ nec iſta gratia
ꝓpꝛie eſt in ſolatiū filiorū amiſſorū per peccatū qꝛ eſſet
etiā ſi peccatū nō eſſet niſi accipiať ſm accidēs huiꝰ
ſtatus peccati in quo ſumꝰ: ſed potius ex magnificē
tia imperatoris ſumiť ⁊ ex magnitudine hereditatis
⁊ hoc videť in euāgelio ſignificari vbi diciť: Exi cito
in plateas ⁊ vicos ciuitatis ⁊ pauperes ac debiles/
cecos ⁊ claudos introduc huc vt ipleať domꝰ mea.

Arti. XI. L

Utrū xp̄s dicať filiꝰ natura vt deus.

Arguiť ꝓ o Einde queriť de hoc qꝺ dicit [Nō autē ſic di
citur filius natura vt deus diciť]. ſ. a. Hoc
enī videť falſum: qꝛ deus dicitur natura ſm
deitatē: ergo ſicut diciť filiꝰ natura ſic deus natura.
Solutio ad totū. Ad hoc dicendū ꝙ magiſter facit vim in modo: qꝛ
quādo diciť deus natura ablatiuꝰ cōſtruiť in habi
tudine cauſe formalis: cū autē diciť filius natura cō
ſtruitur in duplici habitudine. Si enī filiꝰ dicitur
perſona ſimplex ſiue aſſumpta in humanitate/ tūc ſi
natura cōſtruiť quaſi in habitudine cauſe efficientis
ſm ꝙ phus dicit in quinto pꝛime phie ꝙ natura ē ex
qua pullulās pullulat pꝛimū. Si autē filius ſit per
ſona in duabus naturis ⁊ tribꝫ ſubſtātijs ſicut dicit
ſecūda opinio/ tūc diciť filius natura/ eo ꝙ ſi deꝰ fi
liatiōe eterna que eſt ſm naturā diuinā/ ipſe enī ꝑſo
na eſt eterna perſonalitate: ⁊ hoc innuit magiſter cū
dicit: Et tamē diciť natura vel filiꝰ nature: qꝛ natu
raliter eſt filius habēs eandē naturā quā ille qui ge
nuit. ſed in hoc eſt differētia/ ꝙ chꝛiſtꝰ homo habuit
illā naturā per grām nō adoptiōis: ſed vnionis inec
ypoſtaſis ⁊ perſone que per naturā filius eſt: ⁊ ideo
filiatio naturalis q̄ſi trāſit ad hūc hoiem q ꝑ ſe eſt in
Arti. XII. filio dei: trāſit autē ꝑ vnionē factā in ypoſtaſi.
M

Qui ſint illi qui adoptanť: ⁊ an ſint in pec cato exiſtentes.

Einde queriť de hoc qꝺ dicit [Quia cū nati
o ſumus filij ire per grām facti ſumus filij dei]
ſ. b. Ex hoc enī videť ꝙ nō adoptanť niſi qui
ſunt in peccato exiſtētes: hoc etiā videť ꝙ nō adoptā
tur niſi qui vocanť: nō vocātur autē niſi qui remouē
tur a peccatis: vt dicit glo. ſuper illud ad Roma. 8.
Arguiť ꝓ o Sed cōtra peccatū potiꝰ videť eſſe cauſatiuū ire/
q̄ꝫ adoptionis. in humanis enī adoptiōibus ſi aliqs
offenderet aliquē nō adoptaret illū: ſed potius eū q
20 obſecutus eſt ei. Pꝛ ſm hoc videť ꝙ gratia adoptio
nis non competat angelo in pꝛimo ſtatu nec etiā hoi
in ſtatu innocētie: ꝙ enī angelo nō cōpetat: videť qꝛ
non adoptať qui iam eſt in domo: ſed angelus ſemꝑ
fuit in celo ⁊ ante confirmationē ⁊ poſt: ergo videť ꝙ
per adoptionē nō indigeat introduci: de homīe etiā
in ſtatu innocētie videť ꝙ non indiguerit gratia ado
ptionis: quia peccatū qꝺ ipm elongauerat ab here
ditate nōdū fecit. Sed cōtra ex noſtro nō poſſumꝰ In ꝯriū obijcitur.
habere ius in hereditate dei: ſꝫ opoꝛtet ꝙ ex ſuo mu
nere gratie acquiramus: ſed hoc eſt adoptare ius ex
gratia nobis collata in dei hereditate acquirere: er
go adoptio competit ⁊ angelo ante confirmationē: ⁊
ſiīr homini in ſtatu innocētie. Solutio dicimꝰ Solō
ꝙ gratia adoptōis quiddā habet per ſe/ quiddā per
accidens. Per ſe habet tria: ſcꝫ ſtatū nō filij per na
turā quem inuenit in adoptato: habitū gratie gratū
facientis qui habitus ſubſtātia eſt iſtius gratie per
quā fit adoptio: et tertiū qꝺ eſt effectus eius: ⁊ hoc
eſt collatio/ ſiue acquiſitio iuris in hereditate patris
adoptantis: ⁊ penes hec tria ſibi ſubſtātialia ſaluať
adoptio tam in angelo q̄ꝫ in homīe pꝛimo ante ſtatū
peccati: quartū habet per accidens: ſcꝫ ſtatū peccati
in quo naſcūtur qui poſt peccatū adoptātur. Di Ad pꝛimū.
cendū ergo ad pꝛimū ꝙ nō eſt ſimile de deo ⁊ homīe
adoptāte: nos enim obſequijs poſſumus pꝛeuenire
affectū ⁊ fauorē ſiue amorem ⁊ gratiā hominis ado
ptantis nos: quia non de ſuo obſequimur ei: ſed de
noſtro: ſed in deo nō eſt ſic: qui nō poſſumus ei obſe
qui niſi de ſuo: ⁊ ideo ipſe gratia pꝛeuenit nos vt ve
limus: vnde pꝛius adoptat ipſe/ ⁊ nos adoptati in
cipimus obſequi. Ad id qꝺ obijciť de angelo ⁊ ho Ad ſecūdū.
mine pꝛimo iā patuit ſolutio. Ad id qꝺ cōtra obij Ad ꝯtrariū
citur: dicendū ꝙ nō eſt idē eē in celo: vt in habitatio obiectū.
ne magis cōgrua ſm naturā/ ⁊ habere ius in heredi
tate regni. Pꝛimū enī cōceſſum eſt angelo per crea
tionē: quia dicit Beda ſuꝑ illud Gen. 1. In pꝛinci
pio creauit deus celū ⁊ terrā ꝙ per celū intelligitur
angelica natura per celū empireū qꝺ ſtatim vt eſt fa
ctū ſanctis angelis eſt repletū: ſecundū autē nō dať
niſi ꝑ gratiā adoptiōis. Et ſi obijciť ꝙ naturalia nō Inſtātia
demerētur: ergo ſi celū empireū eſt naturalis locꝰ ⁊
datus ex creatiōe ipſis angelis diabolus debuit ibi
remanere. Dōm ꝙ naturalia q̄ ſunt partes ſubē
nō amittimꝰ ſicut partes anime ⁊ coꝛpoꝛis: de illis Obiectiō
enim dicit Dyoniſius in lib. de diui. nomi. ca. iiij. ꝙ
data demonibus naturalia dona nequaq̄ꝫ ea muta
ta eſſe dicimus: ſed ſunt integra ſplēdidiſſima. Sūt
alia naturalia cōgrua ſm ſtatū innocētie vel gratie
vel culpe: ⁊ illa mutātur in melius ⁊ in peiꝰ: vt mū
dus datur homini in culpa exiſtēti ad incolatū miſe
rie: tamē in quo mereri poſſit: paradiſus autē ſtatui
innocentie in locū deliciarū/ ⁊ infernus dānatis: ce
lū autē empireū creaturis exaltatis ꝑ gl̄iam.

Opinio ꝙ ſit adoptiuꝰ filiꝰ.

Sed adhuc opponiť ſic: Chꝛiſtus filiꝰ homi
nis eſt: id eſt virginis: aut gratia aut natura
vel vtroq̄ꝫ modo. Si vero natura: aut diuiſa
aut humana: ſed diuina nō: ergo aut huma
na natura aut nō natura eſt filius homīs. Si
nō natura: ergo gratia tm̄: ⁊ ſi etiā natura hu
mana: nō ideo minus per gratiā. Si ergo gra
tia filius hominis eſt: adoptiuꝰ filius eſſe vi
detur: vt idē ſit naturalis filius patris ⁊ ado
ptiuus filius virginis. Ad qꝺ dici poteſt chꝛi
ſtum filiū virginis eſſe ⁊ natura vel natura

liter ⁊ gratia: nec tamẽ adoptiuus filius vir
ginis eſt: quia non per adoptionẽ: ſed ꝑ vnio
nem filius virginis eſſe dicit̃. Filius eñ vir-
a ginis dicit̃ eo ꝙ in virgine hominẽ accepit in
vnitatẽ perſone: ⁊ hoc fuit gratie ⁊ nõ natu-
re. Unde Aug⁹ ſuper Johan. ait ꝙ vnigeni
tus eſt equalis patri: nõ eſt gratie ſed natu-
re. Qð autẽ in vnitatẽ perſone vnigeniti aſ-
ſumptus eſt homo gratie eſt nõ nature. Chri
ſtus ergo nec dei nec hominis eſt adoptiuus
filius: ſed dei naturaliter: ⁊ hominis natura
liter ⁊ gratia fili⁹. Qð vero naturaliter ſit ho
minis filius Aug⁹ oſtendit in lib. de fide ad
Petrũ. Ille ſcʒ deus factus eſt naturalit̃ ho
minis filius qui eſt naturaliter filius vnige-
nitus dei patris. Qð autẽ nõ ſit adoptiu⁹ fi-
lius: ⁊ tamẽ gratia ſit filius: ex ſubditis pro-
batur teſtimonijs. Hieroñ. ſuper epiſtolã ad
Epheſios ait: De chriſto Jeſu ſcriptũ eſt: qꝛ
ſemper cũ patre fuit: ⁊ nunꝙ eũ vt eſſet volũ
b tas paterna preceſſit: ⁊ ille q̃dẽ natura filius
eſt: nos vero adoptione. Ille nunꝙ nõ fuit fi
lius: nos anteꝙ eſſemus predeſtinati ſum⁹:
⁊ tunc ſpiritũ adoptionis accepimus quãdo
credidimus filiũ dei. Hylarius quoqꝫ in lib.
iij. de trini. ait: Domin⁹ dicẽs clarifica filiũ
c tuũ: non ſolo nomine cõteſtatus eſt ſe eſſe fi-
d liũ dei: ſed etiam pro prietate nos ſum⁹ filij
dei: ſed non talis hic filius. Hic enim verus
e ⁊ ꝓprius eſt filius origine: nõ adoptiõe: ve-
ritate: non nũcupatiõe: natiuitate: non crea
tiõe. Aug⁹ etiã ſuper Johan. ait: Nos ſum⁹
filij gratia nõ natura: vnigenitus autem na-
tura nõ gratia: an hoc etiã in ipſo filio ad ho
minẽ referendũ eſt. Ita ſane Ambro. quoqꝫ
in. i. lib. de trini. ait: Chriſtus filius eſt nõ ꝑ
f adoptionẽ: ſed per naturã: per adoptionem
nos filij dicimur: ille per veritatẽ nature eſt
Ex his euidenter oſtẽditur ꝙ chriſtus nõ ſit
fili⁹ gr̃a adoptiõis. Illa enim gr̃a intelligit̃
cum Aug⁹ eũ nõ eſſe gratia filiũ aſſerit: gra-
tia eñ: ſed nõ adoptiõis: imo vniõis fili⁹ dei
eſt filius homĩs ⁊ ecõuerſo.

Arti. XIII. **An chriſtus fuerit filius adoptiu⁹.**

N Einde querit̃ de h̃ qð dicit [ꝙ in virgine ho
d minem accepit in vnitatẽ ꝑſone: hoc fuit gra-
Arguit̃ ꝓ tie nõ nature]. ß. a. Ex hoc videtur ſequi / ꝙ
ꝑ ſic. chriſtus fuit filius adoptiu⁹: gratia enim que de nõ
filio facit filiũ eſt gratia adoptiõis: ſed gratia aſſum
ptionis de nõ filio facit filiũ: ergo eſt gratia adoptio
20 nis. Preterea quare non cõcedit̃ ꝙ chriſtus ſit fi-
lius adoptiuus: ex hoc eñ vt habitũ eſt non ſequitur
ꝙ ipſe fuerit fili⁹ ire: quia hoc accidit gratie adoptio
Solo nis. Si dicas ꝙ oporteret ipm̃ prius non fuiſſe fi
liũ ⁊ poſtea adoptari vt filius fieret: ipſe autẽ fact⁹
eſt filius dei: hoc iterũ non videt̃ impedire: qꝛ pona Obiectio
mus hanc opinionẽ eſſe verã / ꝙ angeli creati ſint in
gratia ⁊ nõ cõfirmati: ſicut etiã de homine quidã di
cunt adhuc eſt verũ ꝙ gratia adoptionis ſunt filij ⁊
angeli ⁊ homines: ergo videt̃ ꝙ hoc etiã accidit gra-
tie adoptiõis ꝙ inueniat nõ filiũ illũ quẽ facit filiũ:
ergo videtur ꝙ hoc nõ impediat quin poſſit dici fili⁹
adoptiuus. Solutio dicẽdũ ꝙ in veritate ſic obie- Solutio
ctum eſt illa accidũt gratie adoptionis: quia eſt etiã ad totũ
in ipo homine exiſtẽre ratio filiatiõis naturalis: ⁊ idõ
non eſt dicẽdus adoptiu⁹. Ad hoc intelligendũ no-
ta ꝙ aliud eſt habere filiationẽ per ſe: ⁊ aliud habe-
re ex dono / qui habet filiationẽ dei ex dono: cũ illud
donũ non ſit eſſe ſuũ non habet illã niſi ex adoptione
gratie quã dedit ei deus. Per eſſe autẽ cõtingit ha-
bere duob⁹ modis: ſcʒ per actũ nature qui eſt ad eſſe
ſicut nos habem⁹ naturalia nobis per gñationẽ ac
cipiẽdo a parẽtib⁹ naturalia eorũ: ⁊ idõ ſum⁹ filij eoꝝ
ꝑ naturã: ⁊ non ꝑ gratiã beneplaciti eorũ: ⁊ hoc mo-
do filius dei inquãtũ filius dei eſt filius dei patris
natura. Alio modo habet̃ per eſſe per idemptitatẽ ⁊
per vnionẽ ad illũ qui per naturã habet. Si eñ ego
ſum vnũ tibi per eſſe perſone tue / quicquid tu habes
per naturã hoc etiã naturale eſt mihi: licet per vnio-
nem acceperimus ⁊ non per actũ nature qui eſt gene
ratio. Sic hic homo inquantũ hic homo: ita ꝙ li in-
quantũ dicat vnionẽ habet ꝙ eſt fili⁹ natura: ⁊ ta-
men hic homo inquantũ hic homo nõ eſt genitus de
patre: ⁊ hoc eſt qð dicit Aug⁹ ꝙ hic homo habet hoc
per gratiã: ſed hec gratia nõ eſt habit⁹ anime: vt gra
tia adoptiõis: ſed poti⁹ eſt vnio ad eſſe vnũ cũ ꝑſona /
que naturaliter habet filiationẽ dei patris: ⁊ ꝑ hoc
ſanus patet ſolutio ad queſitũ.

Ad quid adoptauit nos deus. Arti. XIIII

Einde querit̃ de hoc qð dĩc ibi [Ille q̃dẽ na- O
d tura filius nos adoptiõe]. ß. b. Et queritur
ad quid adoptauerit. Uidetur enim ꝙ mag̃ Arguit̃ ꝓ
deſponſamur ſicut patet ĩ cãticis per totũ. Adoptãs
autẽ pater filiã quã adoptauit deſpõſare nõ poteſt.
Preterea nõ dat partẽ hereditatis: ſed totũ: ergo 20
nõ eſt adoptio. Solutio hoc ex precedẽtibus leue Solo
eſt determinare qꝛ ĩ veritate adoptamur: ⁊ veri⁹ etiã ad ꝓmũ.
ꝙ̃ fiat adoptio ſm̃ leges: licet autẽ affinitas legalis
excludat matrimoniũ carnale: nulla tamẽ ꝓpinqui-
tas excludit ſpirituale matrimoniũ: ſed poti us quã
to ſunt plures cõiungendi ratiões tanto firmi⁹ eſt.
Ad aliud iam patuit ſolutio: quia ꝙ ſm̃ leges da Ad primũ.
tur pars hereditatis ⁊ non totũ: hoc contingit ex de
fectu rerũ temporaliũ / que quãto per plura diuidũ-
tur tãto magis diminuũtur: ſed in ſpirituali matri-
monio ecõtrario eſt: quia quãto pluribus datur tã-
to maius eſt: ⁊ ideo vnicuiqꝫ accreſcit ex iuſtoꝝ ado-
ptiõe quia gaudebit de deo in adoptatis pluribus
Uñ dicit domin⁹: Gaudiũ eſt angelis dei ſuꝑ vno
peccatore penitentiã agente.

An ſolus pater adoptet vel tota trinitas. Arti. XV.

Einde queritur de hoc qð dicit [Nõ ſolo no- P
d mine cõteſtat⁹ eſt ſe eſſe filiũ dei]. ß. c. Eſt eñ
dubiũ vtrũ ſolus pater adoptet vel tota tri- Argu. ꝙ ſic
nitas. Uidetur autẽ ꝙ ſolus pater: quia dicit lex ꝙ
ille poteſt adoptare qui poteſt generare: ſed ſolus pa
ter poteſt generare in diuinis: ergo ſolus pat̃ poteſt

In oppoſitū primo adoptare. Sed cōtra ſuper: Pater noſter qui es in celis dicit glo. ꝙ pater noſter deus trinitas eſt: ergo vi-
2o detur ꝙ tota trinitas adoptet. Itē gratia equaliter eſt a tota trinitate: et per gratiā adoptamur: ergo
Obiectio videt ꝙ tota trinitas ſit pater adoptiōis. Sed iterū cōtra hoc videt eſſe qḋ in primo huius. diſti. xviij
vltiā i ꝯriū determinatur ꝙ nō dicit filius noſter: ergo videtur ꝙ nō habeat reſpectū ad nos/nec dicit ſpiritusſanctus noſter: ſed tñ dicit pater noſter cū per gratiam adoptiōis ſit pater noſter videt ſolus pater adopta-
Solo re poſſe. Solutio dicimus ꝙ tota trinitas ſit pater adoptās: ſed tamē ſolus pater appropriate nō ꝓprie: et ideo ſupra dictū eſt ꝙ pater adoptet per filiū/ et per ſpiritūſanctū: qꝛ accipimus nomē filiorū ꝑ te-
Ad prima obiecta ſtimoniū ſpūs filij. Ad primū ergo dicendū ꝙ tota trinitas illa generatiōe generare poteſt. Et ſi tu obijcias quedā in legibꝫ: ille nō poteſt adoptare qui per naturā generare nō poteſt: dicendū ꝙ hoc nō cōgruit plus niſi ꝙ adoptio appropriate et nō ꝓprie cō-
Ad vltimū obiectū. uenit patri. Ad aliud dicendū ꝙ licet nō dicat noſter ſub illo noīe/nec ſpiritusſanctus ſub illo nomīe tamē vterqꝫ iſtoꝝ dicit noſter ſub nomīe patris adoptantis: quia filius ſm nomē filij nō ponit reſpectū ad nos: ſed ad patrē: et ſimiliter ſpūſſanctus ſub nomine ſpūſſancti nō ponit reſpectū niſi ad ſuū principiū qḋ ſunt pater et filius.

Arti. XVI. Q — An filius equiuoce dicat filius origine et adoptione.

Einde querit de hoc qḋ dicit [Hic eñ verus
d et ꝓprius eſt filius origine nō adoptiōe]. ē. d.
Arguit ꝓo Ex hoc eñ videt ꝙ equiuoce dicat filius adoptione et origine: et pater dicat equiuoce de patre vero et adoptiuo: qḋ etiā alia rōne ꝓbat: pater eñ a generatione pater eſt/ et filius a natiuitate filius: ſed nō eſt vnius ratiōis generatio/ et vnius ratiōis natiuitas in naturali generatiōe et adoptiōe: ergo nō eſt vnius ra-
In ꝯriū ꝓo tionis pater vel filius vtrobiqꝫ. Sed cōtra apl'us aūt infert Si filij et heredes: heredes autē dei/coheredes autē chriſti. que illatio nō valeret niſi haberet
20 aliquid de rōe filiatōis ſue. Itē Rom. 8. Quos ꝑſciuit et ꝑdeſtinauit cōformes fieri imaginis filij ſui. Et alibi Ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus ergo ſi ꝯformes ſumus imaginis filij nō equiuoce dicimur filij: et ſi ipſe primogenitus dicit generatōi noſtre cōnumerat ſua: et ita non eſt equiuocū. Siliter accipit hoc ex illo verbo: Uade dic fratribꝫ meis: Aſcendo ad patrē meū et patrē veſtrū deū meū et deū veſtꝝ nō enim diceret: fratres ſi oīo generatio eēt equiuo-
Solo ad totū. ca. Solutio dicendū ꝙ iſta nō ſunt vnius ratōis: ſed per prius et poſterius ſunt dicta: chriſtus eñ vere filius eſt ad cuius ſimilitudinē nos ſumus filij/et nō accipit ſimilitudo in actu generatōis vt procedit obiectio prima: ſed ad natū et ad ius nati. Ad natum quia ipſe eſt nobis exemplū/cui aſſimulamur in quātum poſſumus vt ſimus ei cōformes. Et hoc intendit apoſtolus quādo dixit ad Rom. 8. Cū autē dixerat: Si autē filij et heredes: heredes quidē dei/coheredes autē chriſti: ſtatim ſubiūxit: ſi tamen compatimur vt et ſimul glorificemur: quaſi diceret: ſi in vita ſimiles fuerimus filio. Ad ius autē nati ſumit ſimilitudo in perceptiōe hereditatis: et per hoc patet ſolutio ad totū.

Arti. XVII — An ſint aliqui filij nuncupatione tñ: et an ſit aliqḋ mediū inter filiū natura et adoptionis gratia. R

Einde querit de hoc qḋ dicit [Ueritate non
d nūcupatione]. ē. e. Ex hoc videtur tertij filij introduci: qui nec adoptiui nec natura filij ſꝫ
Sol'o nūcupatōe ſola. Et ſi dicat ꝙ illi ſunt qui ſola crea-
Inſtātia tione ſunt filij. Cōtra illi nō ſola nūcupatione ſunt filij: ſed habēt actū patris in cōductiōe ad eſſe: et etiā
Qſtiūcula. ſimilitudinē patris in imagine. Ulterius querit iuxta hoc vtrū aliquid ſit mediū inter filiū natura et filiū adoptiōis gratia: videtur ꝙ ſic: quia mediū participat naturā extremorū: ſed filius natura eſt filius natura tñ: filius adoptiuus tñ gratia: ergo ꝗ gratia tñ habet ꝙ eſt natura filius: vt chriſtus homo ipſe eſt medius inter filiū natura pure/et filiū adoptione pure. Sed cōtra mediū non nominat nomine extremi niſi ad extremū aliud cōparetur. Si ergo hic homo medius eſt inter filiū natura et filiū adoptiōe videtur ꝙ nec adoptiuus nec naturaliter filius abſo-
Solutio ad primū q̄ſitū et ad inſtantiā. lute debeat vocari. Solutio ad primū dico ꝙ eſt filius creatiōe ſola: et eſt filius creatōe et adoptione: et eſt filius nūcupatiōe qui imaginē creatōis actu peccati in quo eſt deturpauit: et ille dicitur nūcupatiōe filius nō ꝙ nō habeat actū et imaginē patris ſꝫ quia deficit ad imitationē patris et ſimilitudinē/ſicut abraā dixit diuiti: fili recordare etc. et per hoc patet ſo-
Ad queſtiūculam lutio ad primū. Ad aliud dicendū ꝙ nullo modo chriſtus homo mediū debuit dici inter filiū natura et filiū per adoptionē: quia non participat niſi vnū extremorū: et hoc nō per rationē medij: ſed per rationē extremi: gratia enim qua ille homo filius eſt non eſt gratia adoptiōis vt dictū eſt: ſed vniōis ad eſſe: et ideo non eſt ibi aliquid de ratione illius extremi qḋ eſt filiatio adoptiōis. Aliud autē extremū eſt ibi in ratiōe et ſimplicitate extremi: quia chriſtus eadē numero filiatione filius eſt/ qua filius eternus dei filius eſt. Extremi autē natura que mediū cōſtituit mixta eſt et nō ꝑmanēs in ſua ſimplicitate et natura.

Que ſit illa grā per quā nos adoptamur. Art XVIII S

Einde querit de hoc qḋ dicit [Per adoptio
d nem nos filij dicimur etc]. ē. f. Dubitari eñ hic poteſt que ſit illa gratia per quā adopta-
Arguit ꝓo mur: videtur autē ꝙ dilectio: qꝛ dilectio mouet pa-
2o trem adoptantē vt adoptet filiū. Item ad Colo. 1 Et trāſtulit nos in regnū filij charitatis ſue: cū ergo adoptiōis gratia transfert in regnū: videt ꝙ illa gra-
3o tia ſit charitas. Itē ſpiritusſanctus diffundit charitatē in cordibꝫ noſtris: vt habet ad Rom. 5. et ipſe dicitur ſpiritus adoptiōis in quo clamamus: Abba
4o pater: ergo videt ꝙ adoptio fiat per charitatē. Itē Auguſtinus dicit ꝙ ſola charitas diſtinguit inter agnos et hedos/inter filios regni et perditiōis: cū igit ad regnū adoptemur videt ꝙ hoc fuit mediāte charitate.
In ꝯtrariū arguit ſic. Sed cōtra per aſſimilationē ad filiū adoptamur ſed filius dicit Matth. 12. Diſcite a me: quia mitis ſum et humil' corde. Et Joh. 13. Uos vocatis me magiſter et domīe: et bene dicitis ſum etenim. Si ergo ego laui veſtros pedes dñs et magiſter: et vos debetis alter alterius pedes lauare. Exemplū eñ dedi vobis vt quemadmodū ego feci: ita et vos faciatis. Itē id qḋ precipue dat gratiā ꝑcipue operat ad adoptio-
Sol'o ad totū. nē: ſꝫ deus ſuperbis reſiſtit: humilibꝫ aūt dat gratiā: ergo humilitas adoptat. Solutio in adoptiōe q̄ddā

cōſideraꝛ ex parte adoptātis ⁊ quiddā ex parte adoptati. Ex parte adoptātis primo eſt dilectio inclināſ ad gratie collationē ⁊ cōſequēs ſm rationē ⁊ nō ſm tēpus eſt collatio gratie. Ex parte autē adoptati primū eſt fides vel fidei motū oſtēdēs latitudinē hereditatis ⁊ benignitatē adoptātis/accedentē eñ ad deū primū oportet credere quia eſt ⁊ ꝙ inquirentibus ſe remunerator eſt. Secūdo ē timor pene. Tertio ſpes hereditatis ⁊ adoptiōis cōſequēde: ⁊ quarto appetitus ſm dilectionē/⁊ cōſequēter ipſa adoptio: ⁊ hoc ſm naturā: licet nō ſm tempus: ⁊ ideo gratia ſimpliciter adoptat. Charitas autē ſic̄ perfecte vniēs adoptionis ex parte adoptātis ⁊ adoptati: fides autē ⁊ timor: ⁊ humilitas ⁊ cetere virtutes ſm quid: qꝛ fides vt oſtendēs timor vt impellēs a contrario adoptioni: humilitas vt cuſtodiēs grām adoptiōis.

Utrū perſona vel natura predeſtinata ſit.

Deinde ſi querit̄ vtrū predeſtinatio illa quā cōmemorat apoſtolus ſit de ꝑſona an de natura. Sane dici poteſt ⁊ perſonā filij q̄ ſemꝑ fuit eſſe predeſtinatā ſm hominē aſſumptū: vt ipſa ſcʒ ens homo eſſet dei filius: ⁊ naturā humanā eē predeſtinatā vt verbo patris ꝑſonaliter vniretur.

Arti. xix. L Utrū predeſtinatio filij dei ſit vnius rationis cum noſtra.

Einde querit̄ de vltima parte iſti⁹ diſtinctionis que incipit ibi [Deinde ſi queratur vtrū predeſtinatio] Et querunt̄ duo vtrū p̄deſtinatio filij dei ſit vnius ratiōis cū noſtra. Et vtrū ſit cauſa noſtre predeſtinatiōis. Ad primū ꝓcedit̄ ſic ad Rom. 8. Quos p̄deſtinauit hos etiā vocauit: ſʒ vocatio eſt ſegregatio a maſſa perditionis per gratiā finalē: vt colligit̄ ex ſenſu glo. cū igit̄ filius dei predeſtinatus nō ſit vocat⁹: videt̄ ꝙ nō ſit ſua predeſtinatio vnius ratōis cū noſtra. Preterea videt̄ ſibi per poſteri⁹ cōuenire: qꝛ nobis cōuenit p̄deſtinatio quātū ad perſonā totā ⁊ naturā totā: ſibi autē quo ad ꝑſonā abſolute nō cōuenit: ſed gratia ꝑſone in natura vel gratia nature: ergo videt̄ ꝙ nobis conuenit per prius. Preterea nō p̄deſtinat̄ (vt dicit Rabanus) niſi qđ ante deſtinat̄: nihil aūt ante filiū eſt: ſed ante nos eternitas eſt: ergo per pri⁹ cōuenit nobis q̄ȝ ei. Sed cōtra glo. ſuper. Ro. 8. Predeſtinatio dei p̄clariſſimū donū eſt noſtre p̄deſtinatiōis. i. non autem eſſet donū ſi alterius eſſet ratiōis: quia neutrū equiuocorū illuminat ad alterū.

Solutio Solutio dicēdū ꝙ dicitur p̄deſtinari per pri⁹ ⁊ poſteri⁹: ⁊ in p̄deſtinatiōe tria ſunt. ſ. termin⁹ a quo/⁊ termin⁹ ad quē: ⁊ ille q̄ p̄deſtinat̄. Termin⁹ a quo eſt natura vl' culpa: naturā pura dico: qꝛ ſi nunq̄ȝ peccatū eſſet/adhuc eſſem⁹ p̄deſtinati ad gratiā ⁊ gloriā: ⁊ quo ad hoc ꝑ pri⁹ cōuenit nobis p̄paratio gratie q̄ȝ chriſto. Termin⁹ ad quē eſt gloria: ⁊ illa ꝑ prius cōuenit chriſto: qꝛ aſcendit pandēs iter ante nos: ⁊ nos in gloriā adduxit: et ita per pri⁹ cōuenit ei p̄paratio glorie. Eſt autē mediū deſtinatus ⁊ antedeſtinatus: ⁊ hoc cōuenit chriſto ſimplicit̄ gratia nature ⁊ gratia ꝑſone ſm quid ⁊ nō ſimplicit̄: ⁊ ideo nobis cōuenit ꝑ pri⁹ ſm nois rationē; ⁊ per hoc patet ſolutio ad totū.

Utrū p̄deſtinatio filij dei ſit cauſa noſtre redemptionis.

Ecūdo querit̄ ſi p̄deſtinatio ſua ſit cauſa nr̄e p̄deſtinationis: ⁊ videt̄ ꝙ ſic: qꝛ ipſe eſt cauſa noſtre ſalutis: ⁊ ſua reſurrectio dicit̄ eſſe cauſa noſtre reſurrectiōis. i. Cor. 15. in glo. Pꝫ mediatio mediatoris reducit̄ ad actū cauſe efficiētis: ſʒ ipſe mediator dei ⁊ hominis fuit: ergo ipſe fuit cauſa noſtre ſalutis: ⁊ ꝑ cōſequēs noſtre p̄deſtinatiōis. Itē p̄deſtinatio vt dicit Grego. iuuat̄ orōnibꝫ ſanctorū: ergo multomagis a chriſto iuuat̄: ergo ipē eſt cauſa. Itē nos nō ſumus ſaluādi niſi per chriſtū: ⁊ quicquid fieret hoc preuiſum eſt: ergo nos eſſe ſaluados per chriſtū eſt p̄paratū ⁊ preuiſum: ergo eſt predeſtinatū: ergo predeſtinatio illa cauſat predeſtinationē noſtrā. Itē ſicut ſe habet p̄deſtinatus ad predeſtinatū: ſic predeſtinatio ad predeſtinationē: ſed p̄deſtinatus chriſtus cauſat nos: ergo ſua predeſtinatio cauſat noſtrā vt videt̄. Sed cōtra nihil eſt cauſa eterni ſed noſtra p̄deſtinatio eſt eterna: g̃ nihil eſt cauſa illi⁹ Pꝫ videt̄ ꝙ nec effect⁹ noſtre p̄deſtinatōis eſt grā in preſenti: p̄deſtinatio autē nō cōuenit chriſto niſi gratia humanitatis: ⁊ ab humanitate ſua nō cauſatur gratia: ergo nulla natura pōt eſſe cauſa noſtre p̄deſtinatiōis. Soło dōm ꝙ eſt cauſa ſimplr. ſ. exēplaris ⁊ cauſans ꝑ influētiā ſuꝑ cauſatū. Siliter i p̄deſtinatōe nr̄a duo ſunt. ſ. eternū qđ eſt ꝓpriū miſerēdi ⁊ p̄paratio grē i p̄nti: ⁊ ꝑ cōſeq̄ns glīe in futuro. Si igit̄ q̄rat̄ vtrū p̄deſtinatio xp̄i ſit cā vt influēs ſuꝑ illud qđ ē eternū i p̄deſtinatōe nr̄a. Dico ꝙ nō: ſʒ nihil ꝓhibet qđ influat ꝑ modū meriti ⁊ mediatōis ſuꝑ id qđ ē tꝑale: qꝛ h̄ eſt effect⁹ p̄deſtinatōis q̄ etiā orōnibꝫ ſctorū iuuat̄. Cauſa aūt exēplaris p̄t eē: qꝛ nos ad cōformitatē ipſi⁹ p̄deſtinati ſum⁹. ꝑ hoc pꝫ ſoło ad primas rōes q̄ oēs ꝓbāt ꝙ eſt cā influēs ꝑ modū meriti ⁊ mediatōis. Ad id aūt qđ ↄ̄ obijcit̄ dōm ꝙ id qđ eſt eternū nō cauſat̄ ab aliq̄: ſʒ licet grā q̄ eſt effect⁹ p̄deſtinatiōis nō ſit ab hoīe xp̄o inquātū eſt hō: tñ p̄t influere ꝑ modū merētis ⁊ ſatiſfaciētis ꝓ nobis ⁊ mediātis vt prius dictū eſt. — Solo (margin)

Utrum chriſtus ſit creatura vel creatus vel factus.

Di. XI. de cōmunicatione ideomatū ⁊ ꝑ pretératū ⁊ ꝑ ſpicientiū ꝑſonā put ſonat indefecibilitatē: vt p̄deſtinatio/creatio/inceptio. (margin)

Olet etiam queri vtrū debeat ſimpliciter dici atq̄ȝ cōcedi chriſtū eē factū vel creatū vel creaturā. Ad qđ dici pōt: hoc ſimpliciter ⁊ abſq̄ȝ determinatiōe minus cōgruenter dici. Et ſi quādoq̄ȝ breuitatis cauſa ſimpliciter denuncietur nūq̄ȝ tamē ſimpliciter debet intelligi. Quia vt Aug⁹ in. i. lib. de trini. ait. Cum de chriſto loquimur q̄d ſm q̄d ⁊ ꝓpter quid dicatur prudēs ⁊ diligēs ac pi⁹ lector intelligere debet. Qui chriſtū vel dei filiū nō eſſe factū vel creaturā: in. i. lib. de trini. oſtēdit ita inquiēs: In principio erat verbū: ⁊ verbū caro factū eſt: ⁊ oīa per ipm facta ſunt. Neq̄ȝ dicit oīa niſi q̄ facta ſunt. i. omnē creaturā. Ubi liquide apparet ipm factū nō eſſe: per quem

omnia facta ſunt: ⁊ ſi fact⁹ nõ eſt: creatura nõ
eſt. Si aũt creatura nõ eſt: eiuſdẽ cum patre
ſubſtãtie eſt. Om̃is em̄ ſubſtãtia que de⁹ nõ
eſt: creatura eſt: ⁊ que creatura nõ eſt de⁹ eſt
Sed ſi filius nõ eſt eiuſdẽ ſubſtantie cui⁹ pa=
b ter: ergo facta ſubſtãtia eſt: ⁊ ſi facta ſubſtan
tia eſt: nõ om̃ia ꝑ ipm̄ facta ſũt. At om̃ia per
ipm̄ facta ſunt: facta ergo ſubſtãtia nõ eſt: ſ;
vna cum patre infecta ſubſtãtia eſt. Item in
eodẽ: Si vel filiũ fecit pater quẽ nõ fecit ip=
ſe filius nõ om̃ia ꝑ filiũ facta ſunt. At omnia
per filiũ facta ſunt. Ipſe ergo factus nõ eſt:
vt cũ patre faceret om̃ia que facta ſunt. Idẽ
in libro. lxxxiij. q̃ſtionũ. Dicit̃ creatura quic
quid fecit deus pater per filiũ: qui nõ poteſt
appellari creatura: quoniã ꝑ ipm̄ facta ſunt
om̃ia. Ambroſi⁹ in p̃mo lib. de trinita. Pro
bem⁹ inquit creaturã nõ eſſe dei filiũ. Audi
uim⁹ em̄ in euangelio dominũ mandaſſe di=
Marci vl. ſcipulis: Predicate euãgeliũ vniuerſe crea=
ture. Qui vniuerſam creaturã dicit nullã ex
cipit: et vbi ſunt q̃ creaturã xp̄m appellant?
Nam ſi creatura eſſet: ſibi mandaret euãge=
liũ p̄dicari: ⁊ ſubiect⁹ eſſet vanitati: q: teſtã
Rom. 8. te ap̄lo: Om̃is creatura vanitati ſubiecta eſt
Nõ ergo xp̄us creatura eſt ſed creator: q̃ do
cende creature diſcipulis mãdat officiũ.

A Olet etia; queri vtrũ debeat ſimplicit̃ di=
f ci] In hac parte determinat mgr̃ cõſequẽ=
tia xp̄m vnitũ ex natura humana ꝑ relatio
nem ad cauſam efficientẽ ſiue ad actũ cauſe
efficientis q̃ ex ꝑte efficientis eſt creatio. Ex quo re=
linquit̃ naturã humanã eſſe creatã ⁊ creaturã. Ex ꝑ
te autẽ effecti ſiue cauſati ſequit̃ inceptio eſſe in na=
tura humana. Et iõ ſunt hic due q̃ſtiões: ſc; vtrum
ſit ↄcedendũ xp̄m eſſe creaturã: ⁊ hec determinat̃ in
iſta diſtinctiõe. Et vtrũ xp̄us inceperit: ⁊ hec deter=
minat̃ in p̃imo caplo ſeq̃ntis diſtinctõis ibi [Poſt
predicta vtrũ homo ceperit eſſe] Iſta diſtinctio tria
cõtinet quorũ p̃imũ eſt cõcedendũ ſimplicit̃ ꝙ xp̄s
ſit creatura. Secundũ eſt de ꝑfidia Arrij ⁊ pena ꝓ=
pter hoc ꝙ xp̄m creaturã eſſe dixit: ⁊ ibidẽ continē=
tur ex quo ſenſu creatura dicat̃ / cum q̃nꝫ dicat̃ fa=
ctus ibi [Arrij perfidia hec fuiſſe legit̃.] In tertia et
vltima ꝑte ſoluit̃ quedã argumentatio ſophiſtica q̃
videt̃ ꝓbare ꝙ xp̄s ſit creatura ibi ſc; [Nec ex eo ꝙ
chriſtus ſm̃ hominẽ dicit̃.

Ar. 1 Vtrum vere poteſt dici: Chriſt⁹ factus eſt
homo vel creatura.

Ob̃jcit̃ autẽ de hoc ꝙ dicit ibi [Ad hoc qd̃ di
o ci poteſt ſimpliciter et abſꝫ determinatione
Arg. p̃mo minus cõgruent̃ dici ⁊c. 8. a. Ex hoc em̄ vi=
det̃ dicere ꝙ vere poteſt dici licet incõgrue ꝓpter he=
reticos qd̃ etiam rõne videt̃ poſſe oſtendi. hec em̄ eſt
vera / hic homo eſt de⁹ ꝓpter vnionẽ: ergo per cõuer
ſionẽ / deus eſt hic homo: aut ergo creat⁹ homo aut
nõ creatus homo. Si nõ creatus homo: ꝗ eſt alíqs
nõ creatus homo / qd̃ falſum eſt: ergo deus eſt crea=
tus homo: ſed creat⁹ homo eſt creatura: ergo de⁹ vel
filius dei vel xp̄us eſt creatura. Ite; ꝓpter vnionẽ 2o
recipit̃ iſta / hic homo eſt creator: ꝗ per eandẽ vnio=
nem debet recipi iſta / filius dei eſt creatura. Item 3o
cum dicit̃ / xp̄us ſm̃ ꝙ homo / eſt creatura / intelligit̃
ſic / xp̄us ſm̃ ꝙ homo eſt creatura / aut li homo dicit
ſuppoſitũ / aut naturã humanã / nõ naturã humanã
q: illa in recto de xp̄o nõ predicat̃: ergo dicit ſuppo
ſitũ: ergo ſenſus eſt / xp̄us ſm̃ ꝙ homo ⁊ ſm̃ ſuppoſi=
tũ humanũ eſt creatura: ſed quicq̃d dicit̃ de ſuppoſi
to humano dicit̃ de deo: ergo xp̄s ſimplicit̃ eſt crea=
tura. Si dicas ꝙ hoc ſit ꝓpter repugnantiã intel=
lectuũ. Contra / non eſt maior repugnantia intelle=
ctuũ inter iſtã cum dicit̃ / iſte homo eſt creator / q̃; in=
ter iſtam / fili⁹ dei eſt creatura: ⁊ tamẽ p̃ima recipi
tur: ergo videt̃ ꝙ etiã ſecunda. Ite; quero cum di=
cit̃ / homo eſt creatura / ſi diſſonantiã habeant p̄dica=
tũ ⁊ ſubiectũ / videt̃ ꝙ nõ: q: diſſonãtia vel erit ra
tione formarũ diſparataꝝ vel rõne oppoſitionis / ſ;
patet ꝙ forma hec ⁊ forma creatõnis nec diſparate /
nec oppoſite ſunt: ergo videt̃ ꝙ ſit cõcedenda iſta / hic
homo vel homo iſte eſt creatura. Item a quocunꝫ 4o
negat̃ ſuperi⁹ ⁊ inferius: ſed creatura ſuperi⁹ eſt ad
omnẽ formã preter diuinã: ergo etiã ſuperius eſt ad
formã hominis: ergo ſi hic homo nõ eſt creatura: ſe=
quit̃ ꝙ hic homo nõ eſt homo / qd̃ falſum eſt: ergo de
bet cõcedi iſta / hic homo eſt creatura. Solo dicen= Solutio
dũ ꝙ omnes falſe ſunt ꝓpoſitiões ſi ſine determina=
tiõe ꝓponãt̃. Si em̄ homo ſit ex ꝑte ſubiecti cũ no=
ta demõſtratiõis ſtabit neceſſario ꝓ ſuppoſito ⁊ ꝑſo
na duplici de cauſa. ſ. ꝓpt̃ demonſtratõnẽ: q: nõ de
monſtrat̃ niſi ꝑſona: ⁊ etiã rõne ſubiecti: q: nõ ſub̃ij=
cit̃ gr̃a nature: ſ; gr̃a ꝑſone: ⁊ iõ cũ ꝑſona nõ ſit crea
ta vl̃ creatura / illa locutõ erit falſa cum dicit̃ / hic hõ
vel iſte hõ eſt creatura. Si aũt ſub̃jciat̃ / xp̄us vl̃ ie=
ſus in ꝓprio noie / nomẽ illud etiã ꝑſone et ſuppoſiti
eſt: ⁊ iõ iterũ erit falſa ſi ſine determinatiõe ꝓponat̃
Si aũt ſupponat̃ cũ ſubiecto noiante ꝑſonã vl̃ ꝑſo=
nalitatẽ eternã / tũc iterũ erit falſa / vt cũ dicit̃ / filius
dei eſt creatura vel ieſus vel xp̄s eſt creatura. Si au
tẽ creatura ſit ex ꝑte ſubiecti / ⁊ hic hõ ſm̃ aliqd̃ no=
minatoꝝ ex ꝑte p̄dicati / iteꝝ erit falſa: q: inartificia
lis tũc erit: q: ꝓpter demonſtratõnẽ vel nomẽ p̄dica
tũ ſtabit ꝓ ꝑſona / ⁊ ſubiectũ ꝓ forma creatiõis. ⁊ iõ
tunc intelligit̃ cõuerti ꝓpoſitio / vt cum dicit̃ aliqua
creatura vel creatura eſt hic homo: ⁊ iõ iterũ tũc erit
falſa: ⁊ ergo omni caſu cõtingenti falſa eſt ſine deter
minatiõe. Ad obiecta ꝗ dicendũ ad p̃imũ ꝙ hec eſt Ad p̄mũ
vera / de⁹ eſt hic homo: ſed li de⁹ ſupponit ꝓ ꝑſona fi=
lij dei vel ꝓ natura: q: verũ eſt ꝙ natura diuia eſt h̄
homo licet ſm̃ rõnem intelligẽdi nõ ſit adeo ꝑ ſe iſta
de⁹ eſt hic homo / ſicut hec / fili⁹ dei eſt hic hõ. Et qd̃
poſtea diuidendo infert̃ aut creat⁹ hõ aut increat⁹
hõ dicendũ ꝙ li hic hõ ſupponit ꝓ ꝑſona cõpoſita: ⁊
iõ illa ꝑſona ſimplicit̃ ẽ increata ⁊ ſm̃ q̃d creata: vñ
ſimplicit̃ danda nõ eſt creat⁹ hõ: ſ; iſte due / eſt crea=
tus hõ / eſt nõ creat⁹ hõ nõ opponunt̃ ꝑ affirmatiõ;
⁊ negatiõ; cũ ambe ſint affirmatiue. S; ſi hec dat̃
nõ eſt creat⁹ hõ nõ põt inferri / ergo eſt nõ creat⁹ hõ /
ita ꝙ nõ creat⁹ tantũ valeat q̃ntũ increat⁹: q: ſicut
mgr̃ dicẽ in. j. li. diſt. iiij. Cũ igit̃ de⁹ genuit deũ: ꝗ eũ=
dẽ deũ vel aliũ deũ / qd̃ nõ ſequit̃ aliũ deũ ꝓpt̃ idẽti=
tatẽ nat̃e nec ſequit̃ eundẽ ꝓpt̃ diſtinctiõ; ꝑſone / ita
videt̃ h̄ dõm ꝓpt̃ diuerſitatẽ nat̃aꝝ in vna ꝑſona eũ

li homo vel hic homo ſupponit perſonã compoſitã
in duabꝰ naturis ꝓpter increatã naturam nõ ſequit̃
ꝙ ſit creatꝰ ⁊ ꝓpter creatã nõ ſequit̃ ꝙ ſit increatus:
vñ nec ſequit̃ ꝙ ſit creatꝰ homo/nec ſequit̃ ꝙ increa-
tus hõ. Ad aliud dicendũ ꝙ iſta recipit̃ ꝙ ſic crea-
toꝛ/hoc eſt verũ: qꝛ creatoꝛ imponit̃ ab actu q̃ ꝓprie
eſt ꝑſone ſm ꝙ ꝑſonã ſed creatũ eſſe vel increatũ eſſe
Ad 2m dicit̃ gratia nature: vñ nõ eſt ſil'e de creatꝰ ⁊ increa-
tus ⁊ li creatoꝛ. Ad aliud dicendũ ꝙ cum dꝛ xp̃s
ſm ꝙ homo eſt creatura: li ſm ꝙ notat ꝯditionẽ na-
ture: nõ em̃ oportet ꝙ cũ li ſm qđ p̃dicat̃ i recto ꝙ hec
ſimpliciter in recto p̃dicet̃ niſi li ſm ꝙ notaret ſemꝑ
identitatẽ vl' vnitatẽ ꝑſone: ⁊ hoc nõ eſt verũ ⁊ ꝙ cõ
Ad 3m uenit xp̃o ſm li ſm ꝙ nõ oportet ꝙ cõueniat ei abſo
lute/ſicut patuit in diſtinctiõne p̃cedenti. Ad aliud
dicendũ ꝙ cũ dꝛ/iſte homo eſt creatoꝛ nulla eſt repu
gnantia intellectuũ: qꝛ li iſte homo ſupponit ꝑſonã
⁊ huic cõuenit eſſe creatorẽ/ſed hoc verũ eſt ꝙ ſup-
ponit ꝑſonã cõpoſitã eo mõ cõpoſitiõis q̃ ſcđa opinio
dicit: ⁊ iõ iſtã nõ reciperẽ/iſte hõ ẽ icreatꝰ ſicꝰ nec hãc
iſte hõ ẽ creatꝰ niſi adderet̃ determinatio. T̃ñ ſunt
q̃dam q̃ dicũt ꝙ diſſimile eſt: qꝛ humana natura ex
altera eſt in xp̃o/⁊ habet ſe inſuꝑ vt adueniens diui
ne ꝑſone/⁊ ita vergit q̃ſi in accñs: ⁊ ideo ſua attribu
ta nõ ita cõueniũt ꝑſone ſicut attributa diuie natu-
re que eſt quaſi ſubſtãtia ⁊ in rõne ſubſtãtie ipſa per-
ſona: ſed hoc nõ videt̃/ſed potius cõſiderandũ in at-
tributis: qꝛ quedã ſunt primo ⁊ ꝑ ſe ꝑſone/ſicut illa
q̃ dicunt actũ vel poſſeſſionẽ ꝑſone vel imponuntur
ab illis ſicut creatoꝛ creat ⁊ hmõi. Quedã aũt cõue-
niũt rõne nature ſicut eſſe creatũ vel increatũ eſſe/ ⁊
illa que cõueniũt ꝑſone ꝑ ſe illa attribuunt̃ ex parte
vtriuſq;: nõ autẽ illa que rõne nature quãdo dicũt
Replica repugnantiã a ꝑte ſubiecti. Si aũt obijcias ꝙ in-
Solõ uenit̃ a ſanctis iſta/hic homo fuit ab eterno/ dico ꝙ
eſſe ab eterno cõuenit ꝑſone ſicut nature: ⁊ iõ illõ at
tribuit̃. Pꝫ. eſſe eternũ nõ ita repugnat ſicut eſſe in-
creatũ: qꝛ eternitas cõmunicari põt rõne incõmuta
3ª Itē a capite fluit ſenſus ⁊ motus in oīa mēbra: ſed ſenſus ⁊ motus eccl'ie nō ſunt a xp̄o niſi ſcḋm diuinam

In opm af. naturā: ḡ ipſe eſt caput ſcḋm diuinā naturā. Sed cōtra caput qđ nō eſt vnius nature cū alijs mēbris facit corpus monſtruoſum: ſed eccleſie corp⁹ nō eſt mōſtruoſum: ḡ eccl'ie caput eſt in conformitate nature cū

Solutio ad totū. alijs mēbris. Solutio. dicim⁹ q caput habet tria in ſe in cōparatiōe ad corpus: quoꝝ vnū eſt virt⁹ q̄ principiū eſt effectiue influens virtutē ſenſus ⁊ mot⁹: q̄a ſenſus fluit ab anteriori parte capitis: motus autē a poſteriori ꝑ neruos ſenſibiles ⁊ motiuos. Secundū aūt eſt id qđ aīa formalit̃ influit mēbris aſſimulando ea ſibi in virtute ſenſitiua influxa que quaſi formalit̃ adheret mēbris. Tertiū aūt eſt conformitas nature cū mēbris: ⁊ ſic tripliciter cōſiderari poteſt caput ſpirituale qđ eſt xp̄us. ſi aūt cōſideret̃ vt principiū influens effectiue tm̄/ tunc eſt caput oīno ſcḋm deitatem. ſi aūt vt eſt principiū effectiuū ⁊ aſſimulās ſibi ꝑ aliqđ qđ influit qđ eſt vt forma: ſic eſt caput beatoꝝ ⁊ exiſtētiū in gratia/ quib⁹ influit quaſi ſimilitudinē ſue vite ⁊ ſui motus ⁊ ſui ſenſus in donis ꝑficiētib⁹ intellectū ⁊ affectū. Si autem tertio mō cōſideret̃/ tūc eſt caput hominū tm̄. ⁊ per hoc patet ſol'o ad oīa obiecta pret̃

Ad obiectū vltimū. vltimū Ad qđ dicendū q illud qđ ē diuerſe nature ⁊ gratie nō facit monſtruoſitatē dūmodo habeat ad corpus ordinē vt influēs extra: quia alit̃ mōſtruoſa eſſet cōiunctio aīe cū corpore: ſed id qđ eſt diuerſe nature nō habet virtutē influēdi in corp⁹: ⁊ vt caput leonis/ vel hmōi. illđ faē mōſtrū in cōpōne ſui ad corp⁹.

Arti. III. C

Que ſit gratia capitis.

Ecundo querit̃ que ſit gr̃a capitis: videt̃ au

Arg pmo ſ tē q vnio: q2 illa eſt gr̃a capitis que facit virtutē influendi ⁊ ſenſum ⁊ motū. nō aūt habet virtutē influēdi ſenſum ⁊ motū niſi ex deitate: ḡ videtur q vnio ad deitatē cōfert ſibi gratiā capitis Itē 2º caput eſt regitiuū mēbroꝝ: ḡ id qđ cōſtituit in altero regimīs mēbroꝝ illud dat gratiā capitis. hoc aūt facit vnio: ḡ vnio eſt gr̃a capitis. Sed cōtra gr̃a capi- In ꝯriū. tis eſt que influit mēbris. vnionē aūt xp̄us nō influit mēbris: ḡ vnio nō eſt gratia capitis. Solutio di- Sol'o cendū gratia xp̄i eſt triplex. ſ. vt vniti/ ⁊ vt capitis/ et vt ſingularis hoīs. illa q̄ eſt vniti nō eſt ad menſurā: ſicut in precedentib⁹ habitū eſt. Illa aūt q̄ eſt capitis eſt influens ſupra mēbra tripliciter ſcḋm triplicē capitis cōſiderationē: ſed effectiue influit ſcḋm duas cōſideratiōes primas. In tertia aūt cōſideratiōe ipſe qđē qui eſt caput adhuc effectiue influit: ſed nō in quantū homo: ſed influit ſic tripliciť. ſ. meritorie: q2 meretur nobis influxū gratie: ⁊ mediatoris mō ſiue redēptoris: q2 tollit obſtaculū influxus in nos/ qđ obſtaculū eſt debitū ade qđ ſoluit. Tertio mō exemplarit̃: gratia aūt ſingularis hoīs fuit etiā in eo priuilegiata in operib⁹ gratie gratiſdate: vt in verbis ſapiē ⁊ ſciētie ⁊ miraculis/ ⁊ hmōi opib⁹ gr̃e gratūfacientis: q2 nullius hominis vnq̄ꝫ pōt eſſe gratū opus q̄ꝫ ſicut ſuū fuit

Dicendū ḡ ad primū q vnio eſt gr̃a ad eſſe deū hūc Ad obiecta hominē/ ⁊ nō ad influendū: ⁊ eſt hene cōſtituēs in loco ⁊ rōne capitis: ſed tamē ipſa nō eſt qđ caput cōicat mēbris. ⁊ per hoc patet ſolutio ad totū.

Arti. IIII. D

Quos ſenſus ſpirituale caput influit in membra ſpiritualia.

Einde querit̃ de hoc qđ dicit: [Ibi eīn viſus
d et auditus ⁊ olfactus ⁊ guſtus et tactus eſt.
⁊c̄.] ſ̄.b. Licet eīm hic aug. loquat̃ ꝑ ſimilitudinē: tm̄ illi ſenſus ſp̄ūaliter ſunt in nobis: videt̃ autē Arguit̃ pº q tm̄ tactus fuit in xp̄o: q2 caput non influit mēbris niſi tactū/ ⁊ nō alios ſenſus: ḡ videt̃ q hoc in ſp̄ūalib⁹ ſit eodē mō. Sed cōtra Pſ̄.33. Guſtate ⁊ videte/ In ꝯriū obijcit̃ qm̄ ſuauis eſt dominus. ḡ habem⁹ guſtum ⁊ viſum

Itē reprehenſiue dicit̃ de malis: Aures habent et nō audiēt: nares habent ⁊ nō odorabūt: oculos habent ⁊ nō videbūt: manus habent ⁊ nō palpabūt: ḡ videt̃ q oīs ſenſus influat nobis caput noſtrū ꝑ ſpiritūſanctū. Itē Origen. ſup Leuit. Quinqꝫ ſunt Itē ſcḋm origenē ōz. ſenſus ſp̄ūales. ſ. vt mundo corde videam⁹ deū/ ⁊ audiamus que loquat̃. odoremus bonū odorē xp̄i: guſtem⁹ dulcedinē. de qua dicit̃: Si tamē guſtaſtis q̄ꝫ dulcis eſt dñs/ palpemus cū iohāne verbū vite: ḡ videt̃ q oīs ſenſus influit nobis ſicut hēt in ſe. Ulte- Queſtiūcła cū obiectis rius q̄rit̃ penes qđ accipiunt̃ iſti q̄nqꝫ ſenſus ſp̄ūales dicit eīm Aug. q vno intellectu diſcernit̃ quicqđ oīb⁹ ſenſib⁹ accipit̃: ḡ videt̃ q hmōi q̄naria differentia ſenſuū nō poteſt ad ſpm̄ referri. hoc etiā videt̃ q due ſūt differētie intellectus in nobis. ſ. intellectus q̄ eſt oīa intelligibilia facere in nobis: ⁊ intellect⁹ quo ē omia intelligibilia fieri/ hoc eſt agēs ⁊ poſſibilis: ḡ videt̃ q nō ſit hmōi quinariā diuiſionē facere. Sol'o dice- Solutio ad primū. dū q in veritate aug. loquit̃ ꝑ quandā ſimilitudinem capitis materialis ad caput ſp̄ūale. caput eī materiale aliquē ſenſum quē habet influit toti corpori: ⁊ aliquos etiā nō influit: ſed vni mēbro vnū/ ⁊ alij aliumt vt oculo viſum: lingue ⁊ palato guſtū: ⁊ auditū tympano auris: ⁊ odoratū olfactus/ qđ ſunt duo coni cerebri in anteriori parte capitis ad modū coni mamille: vt dicit ph̄s. oīb⁹ aūt mēbris influit tactū: quia (vt dicit phus) ille eſt ſenſus propter quē aīal eſt. et nō

eſt tã ſenſus q̃ differentia generalis cõſtitutĩs vł natura ꝛ ſenſus neceſſitatẽ. ꝛ ſic xp̃us quedã dona excellenter habet / ꝛ nulli influit. quedã aũt influit q̃buſdã / nõ omnibꝫ .ſ. gratias gratiſdatas: oibꝫ aũt influit qđ eſt neceſſe ad eſſe ſpũale: ꝛ hoc eſt ꝑ modũ tactus ſine quo nõ poteſt eſſe animal: ꝛ influit omnibꝫ motũ meriti. ꝛ hoc donũ eſt charitas: tamẽ aug. nõ contradicit q̃n in nobis ſunt omnes ſenſus ſpũales. ꝛ ꝑ hoc patet ſolutio ad primũ.

Ad id qđ eſt in 2ᵐ — Ad id qđ in cõtrariũ obijcit̃ dõm q̃ in nobis ſint oẽs ſenſus ſpũales: vt dicit Origenes. ꝛ inuit pꝰ. Et poſſunt diſtingui hoc mõ q: ea que accipiunt̃ a deo ſunt duplicia .ſ. bonitas et veritas. bonitatẽ in affectu / ꝛ veritatẽ in intellectu. bonitas aũt accipit̃ duobꝫ modis .ſ. ꝑ ꝯiũct: ꝛ ſic accipit̃ per modũ tactus. hoc modo quo tactus imutat̃ penes cõiunctionẽ extremoꝝ. ꝛ hoc fit q̃n experimento deũ attingimus / ꝛ bonitatẽ eiꝰ. accipit̃ ꝛ bonitas penes ea q̃ oſtendũt cõplexionẽ eius ꝛ ſaporẽ. ſapor enĩ eſt ſequela cõplexionis rei tãgibilis cõmixte: ꝛ ſic ſpiritualit̃ probamus dulcedinẽ dei in effectibꝫ: in quibus in via charitas eius monſtrat̃ / ſicut in ꝯplexione corporis ꝛ ſanguinis ſui. de q̃ dicit̃ Sap. 16. Subſtantiã tuã ꝛ dulcedinẽ tuã quã in filios habes oſtendebas / ꝛ volũtati vniuſcuiuſq꜡ eoꝝ deſeruiẽs ad qđ

Replica — quiſq꜡ volebat conuertebat̃. Si aũt obijcit̃ contra hos duos ſenſus / q̃ ſenſus eſt vis cognitiua. iſtud autẽ nõ ordinat̃ ad apprehenderẽ: ſed potius ad affia: dicendũ q̃ eſt cognitio ꝑ modũ receptiõis quaſi ab extra: ꝛ ẽ cognitio experimẽtal'. ſic dicit Dyo. q̃ ierotheꝰ patiẽdo diuia didicit diuia: ꝛ hec cognitiõ ẽ ꝑ guſtũ ꝛ tactum ſpũales. Si vero eſt perceptio veritatis / hoc ẽ duobꝫ modis .ſ. vt eſt veritas / vel vt eſt ordinata ad bonũ: hoc eſt veꝝ in ratione veri: vel veꝝ in ratõe boni. ſi aũt eſt in ratõe boni tunc eſt ſpiritualis odoratus. odor enĩ fit ex fumali euaporatiõe oſtendente rei saporẽ. ꝛ veꝝ in ratõe quaſi euaporat ſaporẽ boni: et oſtendit ip̃m quaſi ꝑ diſtans qđ eſt veꝝ. Si vero eſt verũ vt veꝝ / aut in ſigno / aut in ſe. ſi in ſe / tunc eſt viſus qui eſt in rei formã per ſe. Si ſecundo modo .ſ. vt i ſigno / tunc eſt vt auditus: quia auditus eſt ꝑceptiuus forme rei in ſigno: et ideo iſti duo ſunt diſciplinales /

Ad q̃ſtiũcu la cũ obis — vnus inueniendo / alter accipiendo ꝑ doctrinã. Ad id quod vltimo obijcit̃ dicendũ q̃ intellectus poſſibilis eſt vnus: ſed ſpeculatiuꝰ vel id quod eſt in ip̃o poteſt habere rationes differentie ſm actũ / ſm ratõnes que dicte ſunt. ꝛ per hoc patet ſolutio ad totum.

Arti. V — E

Utrũ nos recipimus de plenitudine gratie chriſti eandem: et tantam gratiam quam ipſe accepit.

D — Einde querit̃ de hoc qđ dicit: [Acceperũt autẽ de illiꝰ plẽitudine nõ ſm eſſentiã. ꝛc.] d. c.

Arg. primo — Videt̃ q̃ hoc ſit falſum: quia eſt in eo plenitudo redundantie: ergo videt̃ q̃ iſtud idẽ in nos redundat qđ in ip̃o fuit: ꝛ ita per eſſentiã nos accipimus de eo

20 dem. Itẽ redemptionẽ nõ habuimus niſi vnam: ꝛ hec facta eſt per chriſtũ: ergo videtur q̃ ad minus illã eſſentialiter omnes accepimus.

Solutio — Solutio dicendũ q̃ magiſter hic loquit̃ de gratia habituali qua formaliter iuſti ſumus: tamẽ cũ dicat q̃ accepimus ſm ſimilitudinẽ intelligendũ eſt q̃ hoc nõ ſufficit q̃ ſolũ illiꝰ ſimilitudinẽ habeamus: quia ſic poſſemus accipere de gratia pauli vel petri: ſed exigit̃ influentia capitis que ſupra dicta eſt .ſ. ad hoc q̃ efficienter ſm q̃ deus ꝛ meritorie ſm q̃ homo influat nobis ſimilẽ gratiam ſue gratie / licet nõ tantã.

Ad primũ. — Ad primũ ergo dicendũ q̃ eſt redundãs nõ materialiter / ſed cauſaliter vt dictum eſt.

Ad 2ᵐ — Ad aliud dicendũ q̃ receptio eſt gratia cõmunis quo ad aliquid / ꝛ quo ad aliquid ſpẽalis: quo ad ſolutionẽ enĩ debiti adam cõmunis eſt: ꝛ ſic nõ eſt in nobis. ſed quo ad efficientiã propriã .ſ. vt in me remoueat̃ debitũ ade / qđ eſt reatus originalis oportet accipere gratiã habitualẽ que formaliter deleat peccatũ. ꝛ hec eſſentialiter nõ fuit in xp̃o: ſed prima ꝑ proprium opus ſuũ facta eſt.

An chriſtus fuit plenus ſapientia ꝛ gratia ab ipſa conceptione. Artic. VI. F

D. — Einde querit̃ de hoc qđ dicit: [Plenus ſapiẽtia ꝛ gratia fuit ab ip̃a cõceptione. ꝛc.] d. d.

Hoc enĩ videt̃ falſum: quia Luce. 4. ſuper illud: Hodie cõpleta eſt hec prophetia in auribꝫ vr̃is. ꝛc. dicit gloſa: Pre omnibꝫ ſanctis vnctus eſt vnctiõne ſpũali quãdo ſpũſſanctus deſcendit ſuꝑ eũ in ſpecie columbe. hoc aũt factũ eſt cũ erat incipiens q̃ſi eſſe annoꝝ triginta. non ergo plenꝰ fuit ab inſtanti conceptionis.

Solo ad totũ. — Solutio dicendũ q̃ eſt plenitudo ad actũ perficiendi ip̃m plenũ: ꝛ eſt plenitudo ip̃a redundãs ex pleno ꝛ infundens alia. ꝛ prima fuit in xp̃o ab inſtanti cõceptionis. ſecunda aũt fuit ex quo miſſus eſt ſpũs corporali ſpecie ſicut columba in ip̃m quia tunc inſtituit vir regeneratiue in aquas: ꝛ etiã in alios ꝑ gratiam predicationis ꝛ miraculorum. ꝛ de hac plenitudine loquitur gloſa.

Auctoritatem ponit que videtur obuiare.

Huic aũt ſentẽtie videt̃ obuiare qđ in Luce euangelio legit̃. Jeſus ꝓficiebat ſapientia ꝛ Luce. 2. etate ꝛ gratia apud deũ ꝛ homines. Si enĩ ꝓficiebat ſapientia ꝛ gratia nõ videt̃ a conceptiõe habuiſſe plenitudinẽ gratie ſine mẽſura. Ad quod ſane dici poteſt ip̃m ſm hominẽ tantã a cõceptiõe accepiſſe ſapientie ꝛ gratie plenitudinẽ vt deus ei plenius cõferre nõ potuerit: ꝛ tñ vere dicit̃ ꝓfeciſſe ſapiẽtia ꝛ gratia. nõ quidẽ in ſe: ſed in alijs qui de eiꝰ ſapientia ꝛ gratia ꝓficiebãt: dũ eis ſapie ꝛ gratie munera ſm ꝓceſſum etatis magis ac magis patefaciebat. Unde Grego. in quadã hom. ait: Juxta hoĩs naturã ꝓficiebat ſapiã. non q̃ ip̃e ſapientior eſſet ex tp̃e: qui a prima conceptionis hora ſpũ ſapie plenus ꝑmanebat: ſed eandẽ qua plenus erat ſapientiã ceteris ex tẽpore paulatim demõſtrabat. iuxta hoĩs naturã ꝓficiebat etate de infantia ad iuuẽtutẽ iuxta hoĩs naturã ꝓficiebat gratia: nõ ip̃e qđ nõ habebat ꝑ acceſſum tp̃is accipiendo: ſ; pandendo donũ gratie qđ habebat. apđ deũ ꝛ hoĩes ꝓficiebat: q: quantũ ꝓficiente etate patefaciebat hoĩbꝰ dona gratie q̃ ſibi inerãt ꝛ ſapiẽtie: tantũ eos ad laudẽ dei excitabat ꝛ ſic deo patri ad laudem dei ꝛ hominibꝰ ad

ſalutē proficiebat. In aliꝭs ergo nō in ſe pro-
ficiebat ſapientia ⁊ gratia. Unde in eodem
b euangelio: Puer ille ſapiētia plenus et gra-
tia perhibet̄. Sic ergo dicat̄ profeciſſe ſapien
tia ⁊ gratia: vt aliquis rector eccleſiaſtic⁹ di
cat̄ proficere in cura ſibi tradita: cum per eius
induſtriam aliꝭ proficiunt.

Arti. VII G Utrum deus potuit conferre maiorē gra-
tiam ꝙ̄ contulit.

Einde querit̄ de hoc qđ dicit [Huic autē ſen
d tentie videt̄ obuiare. ⁊c̄.] Hec eſt ſecunda pꝰ
in qua obiicit ⁊ ſoluit per verba euangelij: et
ſecundo per verba Amb. ⁊ ſoluit ibi [Alibi tñ ſcriptū
reperit̄.] Circa primā partē querit̄ de hoc qđ dicit
Obo. [Sane dici poteſt ipm̄ vel hominē.] hoc eñ plane fa
ctū videt̄ ꝙ ſm̄ hominē habeat gratiā finitam: ꝗ̄ ma
ior poteſt cogitari. aut ꝗ̄ illā deus que maior eſſe po-
teſt cōferre valet/ aut nō. ſi nō/ limitata erit ſua poten
tia: qđ incōueniēs eſt. ſi ſic/ ꝗ̄ falſum eſt qđ hic dicit ꝙ
Solutio deus maiorē cōferre nō potuerit. Solutio dicēdū
ꝙ hoc verū eſt qđ hic dicit magiſter: ſed intelligendū
ꝙ omne perfectū nature ⁊ gratie habet neceſſario de-
terminatā capacitatē in ſpē ⁊ natura ſibi ꝓportiona-
tā cuius maiorē nō recipiet niſi mutet̄ ſpēs. in ſpē aūt
hominis maxima omniū capacitatū que pōt eſſe ſal-
ua ſpē ⁊ natura hominis in xp̄o fuit: ⁊ ideo deus maio
rē ei gratiā cōferre nō potuit: quia nullus hō pōt re-
Ad obiectū cipere maiorē nec aliqua creatura. Ad id aūt qđ cō
in cōtrariū tra obiicit̄ dicendū ꝙ deus poteſt facere maiorē ⁊ cō-
ferre: ſed nihil creatū erit illius receptibile. vnde ma-
giſter nō attendit quid deus poſſit facere cuius potē
tia in nullo limitat̄: ſed quid in creatura poteſt fieri.
Si aūt obiicias ꝙ deus pōt facere nouā ſpēm/ et de
illa facere xp̄m: ⁊ tunc cōferre ei grām maiorē: dicen-
dū ꝙ hoc nihil eſt: q2 deus pōt facere qđ vult: ſed tñ
ex pte creature nō poſſet ordiate fieri aliq̄ ſpēs/ q̄ ſit
altior itellectuali natura ī hoīe ⁊ angelo. intellectua
lis eñ natura nobilitate ſua ꝑ intellectū capax ē dei ⁊
donorū ſuorū. ⁊ quicq̄d aliud faceret deus non poſſet
eſſe capax ꝙ̄ natura intellectualis: ⁊ ī illa maxime ca
pax fuit xp̄us. vnde cū mēſura gratie eius fuit ſm̄ il-
lā capacitatē nō pōt eſſe maior ex pte creature recipiē
e tis: ⁊ ꝑ hoc nō limitat̄ potētia dei facientis: ſed potiꝰ
capacitas creature recipiētis. ⁊ eſt ſimile materia ele
menti pōt ſubtiliari a groſſicie terre: ⁊ tantū pōt ſub-
tiliari ꝙ non erit terra/ ſed aqua: ⁊ ſimilit̄ ex aqua fit
aer/ ⁊ ignis ex aere: ſed nō eſt capax maioris ſubtilita
tis ꝙ̄ in igne: q2 oīa naturalia habēt metas capacita
tū ſuarū quas nō excedūt manēte natura ⁊ ſpecie.

Arti. VIII. H An illi qui nō ꝓficiebāt grā ⁊ ſapiā xp̄i ha
bebāt ipm̄ vt caput influēs eis ſenſū ⁊ motū.

Einde querit̄ de hoc qđ dicit [Sed in aliqs q̄
Arg. primo d de eius ſapientia ⁊ grā ꝓficiebāt ⁊c̄.] ē.a. Ex
hoc eñ videt̄ ꝙ illi q̄ nō ꝓficiebāt de grā ⁊ ſapi
entia eius nō habebāt ipm̄ vt caput influēs eis ſenſū
gratie ⁊ motū: ſed illi q̄ fuerūt ante aduentū/ nec vide
bāt eū nec audiebāt: ꝗ̄ ſenſum ⁊ motū ab ipo nō reci-
2º piebāt. Itē caput ꝓprie dicit̄ in cōformitate natu-
re: ſed añ incarnationē nō fuit in cōformitate nature
Rōes pma ꝗ̄ nō fuit caput. Sed ꝯ Anſ. dicit in li. Cur deus
hō ꝙ nunꝙ̄ a tēporibꝰ creationis hoīs ſuꝑ terrā eccle-
3ª ſia fuit acephala. i. ſine capite: ꝗ̄ ſp̄ fuit caput. Item

Matth. 21. Qui p̄ibāt ⁊ q̄ ſeq̄bant̄ clamabāt: Oſan
na filio dauid: ſed q̄ p̄ibāt ſignificāt p̄cedentes aduē
tū. q̄ ſequebant̄ ſignāt ſequētes: ꝗ̄ oēs hauſerūt ſenſū
⁊ motū grē ab ipo: ꝗ̄ oēs habebāt eū caput. Itē au 3ª
guſtin⁹ dicit ⁊ ponit̄ infra in lrā diſ. xxiij. ꝙ eadē eſt
fides antiquorū ⁊ modernorū/ ⁊ tēpora variata ſunt/
fides imutata ꝑmanſit: ꝗ̄ chriſti incarnationē credide
runt illi ſicut ⁊ iſti. ⁊ ita ꝑ fidē fuit eis caput in cōfor-
mitate nature/ qđ cōcedendū eſt. Ad primū dicēdū Solō.
ꝙ eſt influxus ꝑ inſpirationē ⁊ per p̄ſentiā ⁊ verbum ad primū.
primū habuerūt precedentes ⁊ ſequentes aſcenſionē
eius. ſecundū aūt habuerunt p̄ſentes q̄ ſequebant̄
eū: de quibꝰ dixit: Beati oculi qui vident q̄ vos vide
tis/ ⁊ audiunt q̄ auditis. dico eñ vobis. ⁊c̄. De ſecū-
do aūt dixit Job. 8. Abraā aūt pater vr̄ exultauit vt Ad 2m
videret diē meū/ vidit ⁊ gauiſus eſt. Ad aliud dicē
dū ꝙ caput eū fuit in conformitate nature non ſic vt
probat vltima obiectio.

An xp̄us vt hō fuit caput angelorum Arti. IX I

Einde querit̄ de hoc qđ dicit: [Puer ille ple
d nus ſapientia ⁊ gratia perhibetur. ⁊c̄.] ē.b.
puer aūt eſt ſm̄ humanitatē. Querit̄ ꝗ̄ vtrū Arguit
xp̄us ſicut hō influit angelis: videt̄ ꝙ nō: q2 ita dicit
pš. Minuiſti eū paulominus ab angelis. a minori
aūt nō recipit illuminationē ſuperior: ꝗ̄ angeli nō reci
piunt a xp̄o. Sed cōtra Apoc. 21. Lucerna ei⁹ eſt Rō ꝑ veri-
agnus: ꝗ̄ agnus occiſus illūinat oēs in regno celorū tate.
ꝗ̄ ⁊ angelos. Itē corpus xp̄i vnū eſt in omnibꝰ ſan
ctis ⁊ beatis: q2 dicit̄ Cant. 2. Una eſt colūba mea: ⁊
ꝗ̄ angeli ſunt de vnitate corporis: ꝗ̄ accipiunt per in-
fluentiā a capite: ſicut ⁊ alia mēbra. Pro hoc expreſſe
dicit Dyo. ꝙ ab ipo ieſu accipiūt illūinatiōes. Itē
ſuperioris eſt illūinare inferiores: ſed xp̄us eſt in potio
ribꝰ bonis patris/ etiā ſm̄ hominē: ꝗ̄ ſuū eſt oēs illūi-
nare. Ulterius querit̄ iuxta hoc quid ſit recipe ſen Queſtio ſc̄da
ſum ⁊ motū: videt̄ aūt ſenſus eſſe cogitatiōis. mot⁹ ſcda.
aūt operis. ⁊ ita videt̄ ꝙ nō recipimus gratiā ꝑficiē Obo pma.
tē intellectū ⁊ opus eius. Itē oē anial habet caput 2ª
vel membrū aliud loco capitis. vt dicit p̄hus in libro
de anialibꝰ: nec tñ oē anial habet motū: ꝗ̄ videt̄ ꝙ nō
ſit de rōne capitis dare motū: ſed tñ ſenſum. Pro hic 3ª
in lrā nō fit mentio de motu/ ſed de ſenſu tñ: ꝗ̄ nō mi-
niſtrat̄ nobis mot⁹ a capite ſpūali: ſꝫ tñ ſenſus. Sꝫ
cōtra. in omnibꝰ anialibꝰ ꝑfectis influit motus a ca-
pite: ſed xp̄us eſt ꝑfectiſſimū caput: ꝗ̄ influit motum.
Item ad nihil proderit cognoſcere diuina per ſpi-
ritualē ſenſum niſi haberemus virtutē motiuā q̄ mo
ueremur in diuina cognita: ꝗ̄ ad hoc ꝙ proſit nobis
ſenſus neceſſaria eſt influxio motus. Solutio dicē Solutio
dū ad primū ꝙ angeli ſunt de vnitate corporis noſtri
nō eñ habēt tñ partes corporales: ſed etiā ſpiritua-
les. ⁊ chriſtus eſt caput angelorū in pma ⁊ ſecūda ac-
ceptione capitis/ licet nō in tertia. Ad id qđ cōtra Ad pmū
obiicit̄ dicendū ꝙ minoratus eſt in aſſumptiōe pena
litatis noſtre tñ: ſed nō in virtute illūinatiōis. Ad Ad q̄ſtiōē
aliud dicendū qđ vlterius querit̄ ꝙ motū accipim⁹ lā ſcdam.
a capite/ qui eſt motus meriti quo mouemur in diui
na cognita. Ad id qđ cōtra obiicit̄ dicēdū ꝙ duplex Ad pma ob
eſt motus proceſſiuus. ſ. ⁊ illū nō habet oē anial niſi
a ſuo capite: vel a mēbro qđ eſt loco capitis. eſt etiam
motus dilatationis ⁊ cōſtrictionis: ⁊ illū habet omē
animal. Ad vltimū dicendū ꝙ in littera nō fit mē- Ad vltimā
tio de motu: quia ſupponitur in cauſa. Charitas eñ
que eſt hic quaſi tactus bonitatis influxus omnib⁹

cauſa eſt maximi motus.ipa eſt em̃ ignis mobil'/actuus/ſuperferuidus.ſicut inuit Augu.ꝛ Dyoni.dicit ꝙ charitas ſemper proficit aut deficit.ꝛ Grego.Charitas magna operaṫ ſi eſt.ſi em̃ deſinit operari charitas non eſt.

Predictis videtur aduerſari qđ Ambroſius ait.

Alibi tamẽ ſcriptũ reperiṫ ꝙ ſcḋm ſenſum hoīs
profecerit ſicut etate hominis ꝓfecit. Ait em̃
Amb.in li.iij.de ſpũſancto ſic: Deus ꝑfectio
nẽ nature ſuſcepit humane. Suſcepit ſenſum
hominis: ſed nõ ſenſu carnis fuit inflatus. ſen
ſu hominis animã dixit cõturbatã: ſenſu ho-
minis eſuriuit ꝛ rogauit: ſenſu homĩs profe-
Luc.2. cit. ſicut ſcriptũ eſt: Ieſus proficiebat etate ꝛ
ſapientia ꝛ gratia. Quomodo ꝓficiebat ſapi
entia deiṫ Profectus etatis ꝛ ꝓfectus ſapiẽ-
tie: nõ diuine ſꝫ humane nature eſt. iđ etatẽ
cõmemorauit vt ſcḋm hominẽ crederes dictũ.
a etas em̃ nõ diuinitatis: ſed corporis eſt: ergo
ſi ꝓficiebat etate homĩs proficiebat ſapiẽtia
hominis. Senſus aũt hominis profecit: quia
ſenſus: iđ ſapientia. Quis ſenſus ꝓficiebatṫ
Si humanus: ergo ipe ꝑ incremẽtũ ſuſcept⁹
eſt. Si diuinus: ergo mutabilis ꝑ ꝓfectũ. Quod
em̃ ꝓficit mutaṫ in melius: ſed qđ diuinũ eſt
nõ mutaṫ. qđ ergo mutaṫ nõ eſt diuinũ. Sen-
ſus ergo ꝓficiebat hũanus: ſenſum ergo ſuſcepit hu
manũ. nec poterat confortari virtus dei: nec
creſcere deus: nec altitudo ſapientie dei im-
Eph.4. pleri. Que ergo implebaṫ nõ erat dei: ſed nõ
noſtra ſapientia. nã quomõ implebaṫ qui vt
oĩa impleret deſcendit. per quẽ aũt ſenſũ di-
xit Eſaias ꝙ patrẽ neſciebat puer aut matrẽ
Eſa.8. Scriptũ eſt em̃: Priuſq̃ ſciat puer vocare pa
trẽ aut matrẽ accipiet ſpolia ſamarie. Sapiẽ
b tiã em̃ dei futura ꝛ occulta nõ fallũt. expers
aũt agnitionis infantia ꝑ hũanã vtiq̃ impru
dentiã qđ adhuc nõ didicit ignorat: Sed ve-
rendũ eſt inquã ne ſi duos pĩcipales ſenſus
aut geminã ſapientiã chriſto tribuam⁹: chri-
ſtũ diuidamus. Nunq̃d cũ ꝛ diuinitatẽ eius
ꝛ carnẽ adoramus: xp̃m diuidim⁹ṫ Nunq̃d
cũ in eo imaginẽ dei crucẽq̃ veneramur diui
2.Cor.13. dimus eũṫ Ap̃lus certe q̄ de eo dixit: q̃m ꝛ ſi
crucifixus eſt ex infirmitate noſtra: viuit ta-
mẽ ex virtute dei ipſe dixit: q: nõ diuiſus eſt
1.Cor.1. xp̃us. Nunquid etiã cũ dicimus: q: animam
rationalẽ ꝛ intellectus noſtri ſuſcepit capacẽ
diuidimus eũ. Nõ em̃ ipe deus verbũ ꝓ aĩa
rõnali ꝛ intellectus capaci in carne ſua fuit:
ſed animã rõnalẽ ꝛ intellectus noſtri capacẽ
ꝛ ipſam humanã ꝛ eiuſdẽ ſubſtãtie cui⁹ noſtre
ſunt aĩe ꝛ carnẽ noſtre ſimilẽ eiuſdẽq̃ cui⁹ ca
ro eſt nr̃e ſibi ſuſcipiẽs ꝑfectus etiã hõ fuit.

De itelligẽtia p̃miſſoꝝ verboꝝ.

Hec verba Amb.pia diligentia inſpicienda
ſunt q̄ ex ꝑte hoīs ignorantiã inſtruũt ꝛ illũi
nãt: ex ꝑte errãdi fomitẽ male intellecta mi-
niſtrãt. His etem̃ euidẽter tradiṫ duos ĩ xp̃o
eſſe principales ſenſus ſiue geminã ſapiẽtiã.
neq̃ tñ vnitas ꝛ ſingularitas ꝑſone diuidiṫ: ſꝫ
iuxta duas naturas duas habet ſapientias:
vnã nõ creatã: ſed genitã q̄ ipe eſt. alterã nõ
genitã ſed creatã ꝛ ꝑ gratiã ei collatã. Nam
Eſa.de eo ꝓteſtaṫ: Requieſcet ſup eũ ſpũs ſa- Eſa.11.
pientie ꝛ intellectus. ſpũ ergo ſapie et intellect⁹
id eſt ſapiẽtia ꝛ intelligẽtia ꝑ ſpm̃ſanctũ gra
tiſdata: xp̃us erat ſapiẽs ſcḋm animã. ſcḋm deũ
vero ſapiẽs erat ſapiẽtia eterna q̄ deus eſt. Et
ſicut inquantũ deus eſt bon⁹ eſt bonitate na
turali q̄ ipe eſt: ꝛ iuſtus ꝛ iuſticia naturali q̄
ipe eſt: ita ſapiẽs ſapiẽtia naturali q̄ ipſe eſt.
Aĩa vero ei⁹ ſicut bona eſt ꝛ iuſta bonitate vel
iuſtitia gratiſdata q̄ ipe vel ipa nõ eſt: ita eſt
ſapiẽs ſapiẽtia gratiſdata q̄ ipa nõ eſt. Et li-
cet gemina in xp̃o ſit ſapiẽtia: vna tñ eadẽq̃
ꝑſona eſt: q̄ inquantũ deus eſt ꝛ inquãtũ na-
tura diuina eſt: ſapiens eſt ſapientia ingeni-
ta. ſ. ſapiẽtia eterna q̄ eſt pater: ꝛ ſapientia q̄
nõ eſt ingenita q̄ cõmunis eſt tribus perſonis
nõ tñ gemina ſapiẽtia: quia nõ eſt alia ꝛ alia
ſapientia: ſapientia ingenita que tñ fili⁹ eſt:
ꝛ ſapientia que cõmuniter pater eſt ꝛ filius ꝛ
ſpũſſanctus. Inquantũ vero eadẽ ꝑſona ẽ ho-
mo. i. ſcḋm hominem acceptũ: vel inquantum
eſt ſubſiſtẽs ex aĩa ꝛ carne ſapiẽs eſt ſapiẽtia
gratuita. Sapiẽs ergo ẽ hũano ſenſu ꝛ diuino

De intentiõe verboꝝ Ambroſij: ꝛ an i xp̃o Arti. x. R
intellectus agens potuit abſtrahere ab alijs
formis rationes vniuerſales.

Libi tamẽ ſcriptũ reperiṫ. ꝛc.] Hic obijcit ꝑ
a verba Amb. ꝛ habet tres partes. ſ. obiectio-
nẽ ꝛ explanationẽ intentiõis cũ obiectiõe in cõ
trarijs ibi: [Sed ex qua cauſa illius dicti intelligen-
tia.] Incidit aũt hic dubiũ de intentione ambroſij. ſi Snia magiſtri.
em̃ hoc vult dicere qđ imponit ſibi magiſter: tunc ni-
hil ꝓbat cõtra hereticũ. dicit em̃ magiſter ꝙ vult di-
cere ꝙ ſenſus proficiebat hũan⁹ dũ ꝓfectũ alijs oſtẽ-
dit: ſed hoc cõpetit etiã ſenſui diuino: ergo ꝑ illã imutabi
litatẽ ꝓfectũ qui eſt in alijs nõ põt ꝓbare ꝙ in chriſto
ſenſus hũanus fuit. ſicut intẽdit Amb. loquiṫ em̃ cõ
tra hereticos q̄ dicebãt xp̃m eſſe ſimplicẽ creaturam.
P̃ videbaṫ ꝙ Amb. dixit veꝝ. xp̃us em̃ oĩa que in Ar. p veritate verborũ Ambro.
natura noſtra plantauit aſſumpſit: ſed in noſtra na-
tura etiã in primo ſtatu plantauit cognitionẽ experi-
mentalẽ que accipiṫ a ſingularibꝫ: ergo illam aſſumpſit.
Prima ſcribiṫ a Dam̃. ſecunda probaṫ ꝑ augu. in li.

ſup Gen. ad lrãm ſup illud: Tulit deus hominem z
poſuit eũ in paradiſum vt operaret z cuſtodiret illum.
Super illũ eñi locũ in. 8. ſup Gen. ad lrãm dicit au-
guſtinus oñdẽs ita q̃ nõ ante peccatũ hominẽ ad la-
boris indigentiã dãnauit: ſed vt exgimẽto excitatus
magis creatorẽ cognoſceret operantem in natura. z
ſunt hec verba: Quid eñi maius mirabiliuſq; ſpecta
culũ eſt/ aut vbi magis cũ rerũ natura quodãmõ hu-
mana rõ loqui poteſt q̃ cũ poſitis ſeminibus/ planta-
tiſq; ſurculis/ tranſlatis arbuſtulis/ inſitis malleo-
lis tanq̃ interrogetur queq; vis radicis: quid poſſit q̃d
ve nõ poſſit: vnde poſſit/ vnde nõ poſſit: quid i eo va-
leat numerorũ inuiſibilis interiorq; potentia: q̃d ex-
trinſecus adhibita diligentia: in ipaq; cõſideratione
proficere: quia nec qui plantat eſt aliq̃d/ nec qui rigat
ſed qui incrementũ dat deus. ex hoc accipitur q̃ licet adã
omniũ naturarũ habuerit ſcientiã/ q̃ tñ pfecerit in co
gnitione experimẽti: g̃ a ſimili licet xp̃us ſcientiã ha-
buerit oĩum/ etiã cognitiõe experimẽti pficere potu-
it: z hac cognitiõe nõ proficit intellectus diuinus: q̃z
Alia rõ ad idem. de rebus nihil accipit. Pſenſus xp̃i receptiu⁹ fuit ſen
ſibiliũ ſpẽrũ preſente materia: aut igit̃ ſenſus xp̃i con-
munis in xp̃o potuit facere cõpoſitionẽ ſenſatorũ in
ip̃o/ vt diceret hoc croceũ eſt dulce/ z hoc croceũ ama
rũ/ aut nõ. ſi nõ g̃ imp̃fectior fuit q̃ nos: q̃z ſenſus cõ
munis potuit hoc facere in nobis. ſi potuit: g̃ ſenſus
cõis potuit in xp̃o facere nouas cõpõnes oĩ die: aut
igit̃ illarũ cõpõnũ forme a vi imaginatiua ſeruari po
terant/ aut nõ. ſi nõ/ iterũ ſequit̃ q̃ impotẽtior nobis
Queſtiũcla 2a fuit. ſi ſic/ g̃ multa noua habuit in imaginatiõe. Ul
terius q̃ro vtrũ intellect⁹ agẽs in xp̃o potuit abſtra-
Obo. here ab aliis formis rõnes vſes/ aut nõ. ſi nõ/ g̃ ipo-
tens. ſi ſic/ g̃ abſtraxit. quicq̃d aũt abſtrahit agẽs in-
tellectus imprimit impoſſibili: g̃ poſſibilis intellect⁹
in xp̃o recepit nouã ſpẽm z nouas ſpẽs multas: g̃ vi-
det̃ q̃ nouã ſciam: z ita profecit in eo ſenſus human⁹
Rõnes in opm. pma. vt dicit Amb. Sed cõtra due forme eiuſdẽ ſpẽi nõ
poſſunt eſſe in eodẽ ſubiecto. habitus aũt cognitiõis
omniũ fuit in xp̃o ab inſtanti ſue cõceptiõis: g̃ nõ fuit
ſuſceptibilis alicuius habitus p cognitionẽ exgimẽ-
2a ti. Itẽ materia nõ eſt in potẽtia ad formã quã ha-
bet: z nihil recipit niſi id ad qđ eſt in potẽtia: g̃ nunq̃
recipit formã quã habet: ſed agens intellectus ſe ha-
bet ad poſſibile/ vt forma ad materiã: vt ait phus. vel
ars ad materiã: g̃ poſſibilis nõ recipit ab agente for-
Solo mã quã habet: ergo intellectus in xp̃o nõ profecit. et
ita iterũ videt̃ falſum eẽ quod dicit Ambro. Si di
cas poſſibilis nõ eſt in materia nature: ſed vt materia
Obiectio artis propter qđ dicit phus q̃ ſe habet agens ad poſ
ſibilẽ vt ars ad materiã. adhuc cõcludit̃ propoſitũ: li
cet eñi materia artis nõ amittat formã nature acci-
piendo formã artis vt dicebat Empedocles: tamen
nõ recipit ſimul duas formas artis eiuſdem ſpẽi: nec
duas formas nature eiuſdẽ ſpẽi. cũ igit̃ agens ſit vt
ars/ eo q̃ ip̃e eſt ſpẽs ſpẽrũ intelligibiliũ poſſibilis ſi-
Solo mul recipit ab eo duas ſpecies eiuſdẽ rationis. So
lutio dicendũ ſine p̃iudicio q̃ plus veritatis eſt i ver-
bis Ambro. q̃ magiſter dicat ex eis: quia ſine dubio
Quadruplex ſcia ponit̃ in xp̃o. aliter nihil pbaret cõtra hereticũ. Pono eñi i chri
ſto quattuor eſſe cognitiões: quarũ vna in ſũmo erat
cognitio filii dei que eſt cognitio quã vnam numero
Prima. ab eterno increatam habet. cũ patre z ſpirituſancto.
2a Aliã autẽ habet anima chriſti ex cõiunctione ad di-
uinitatem: z hec eſt cognitio per ſpeciẽ que eſt patrie/
z vltra q̃ patrie: quia alii cognoſcunt per ſpeciem pre
ſentie diuine. ip̃e autẽ cognoſcebat per ſpeciẽ vnitam
ſibi: quia deitas que eſt ſpecies eſt vnita ſibi. z hac co-
gnitione fuit ipſe cõprehenſor z veriſſime. Alia eſt 3a
cognitio quam accepit a veritate ſtatus innocentie: z
hec eſt cõcreata ſibi cognitio omniũ naturaliũ quam
etiã habuit adam ante peccatũ. Quarta aũt cogni 4a
tio eſt que eſt viatoris que eſt cognitio experimẽti: ſʒ
origo experimenti eſt duplex: vna que eſt ſcientiã faci
ens. z ſic eſt in ignorante in quo per experimentũ ac-
quiritur memoria: z ex memoria z experimento vna
vniuerſalis ratio que generat ſciẽtiã in intellectu nõ
habente. aliud eſt experimentũ nõ habitũ quidẽ faci-
ens: ſed excitans/ ſicut adã habuit experimentũ: vt p
batũ eſt in auctoritate Auguſtini. z hanc habuit chri
ſtus/ z profecit in ea: z hoc intendit Amb. z ideo dicit
ſenſus proficiebat humanus: z nõ dicebat intellect⁹
proficiebat humanus. vt eñi dicit Baſilius in qua-
dam homelia ſuper principiũ Prouerb. Senſus eſt
intellectus de preſenti: hoc eſt dicere intellectus refle
xus ad ſenſum: z ille immutat̃ ad actũ per experimẽ-
tum: licet non ad nouũ habitũ. vt probatum eſt obii-
ciendo. bene eñi concedo ſenſum chriſti particularem
fuiſſe apprehenſiuũ ſenſibiliũ: z ſenſum cõmunẽ fuiſ-
ſe compoſitiũ/ z imaginationẽ receptiuã imaginatio-
num: ſed intellectus ſm actum factus in aliquo ha-
bitu non recipit amplius eiuſdem rationis habitum
quia due ſpecies eiuſdem rationis nõ ſunt in vno eo- Obo.
dem. Si autẽ obiiciatur q̃ eſt ſimile de imagina- Solo.
tione z ſenſu: bene concedo q̃diu manet imaginatio
eiuſdem: ſed imaginationes tranſeunt frequenter in
viribus poſſibilibus. z recipiũtur noue plus q̃ in in Ad obiectũ
tellectu. Ad id autẽ quod contra obiicit̃ dicendũ/ z 2am q̃ſtõ.
q̃ nouũ habitũ non recepit: ſed nouã habitus cõuer-
ſionem ad hoc vel illud ex intellectu ad ſenſum refle- Obo.
xum. Si autẽ obiicias q̃ chriſtus eadem ratione
non debuit habere niſi vnã cognitionẽ: quia due co- Solo
gnitiões ad idẽ nõ ordinãtur. Dicendũ q̃ ille tres
nõ ſunt eiuſdẽ rationis: quia vna eſt eſſentia diuina.
alia autẽ cõtemplatio in verbo vnito. tertia vero habi-
tualis humana: ſed flexibilis ad hoc vel illud eſt de p
fectione viatoris.

An ieſus pficiebat etate z ſapiẽtia hominis Artic. XI

Einde queritur de hoc quod dicit: [Ergo p 1
D ficiebat etate hominis/ pficiebat ſapiẽtia ho- Arg. pmo
minis. zc.] §. a. Videt̃ eñi ſapientiã hominis nõ
habuiſſe: quia natura nõ habũdat in ſupfluis: vt di
cit phus. cũ igit̃ habuerit nobiliorẽ cognitõnẽ quam
etiã futura nõ latẽt: vt infra dicit in lrã. videt̃ nõ ha-
buiſſe humanã: quia ſuperflua eſſet. Itẽ in inferio 2o
ribus videmus q̃ lumẽ maius offuſcat minus: vt lu
mẽ candele nõ apparet in ſole: ergo ita fuit etiã in ani
ma chriſti: ergo nõ habuit niſi ſcientiã diuinam. z ſic
falſum eſt: vt videtur quod dicit. Item perfectius 3o
eſt ſcire nihil accipiendo a re q̃ accipiendo: z perfecti-
us eſt ſcire per cauſam q̃ per effectum: et perfectius
eſt ſcire per ſcientiam que eſt cauſa q̃ que nõ eſt cauſa
ſed ſimilitudo rei: ergo cũ nullum perfectorũ negaue
rit filio ſuo deus: z omne imperfectũ ab eo remouerit
preter hoc ſolum q̃ ordinem habuit ad noſtrã redem
ptionem/ videtur q̃ omnẽ modũ cognitionis imper-
fecte remouerit ab eo: quia cognitio impfecta magis
eſt contraria ſaluti ſcilicet p̃monius. cũ igit̃ hõ cognoſcat
ſciẽtia cauſata a rebus/ angelus ſciẽtia que eſt ſimilitu-

do rerum nō cauſa. deus aūt ſcientia que eſt cauſa re-
Solo rum/videtur ꝙ ſolū illā habuerit ꝛ nō aliam. Ad
hoc dicendū ꝙ xp̄s habuit cognitionē multiplicē ſcꝫ
increatā: ꝛ ex vnione ad verbū cōprehenſoris in pa-
tria eo ꝙ verbum ſibi quo ad animā ſemꝑ fuit p̄ſens
ꝛ vnitum ꝛ etiam cognitionē adē: ꝛ etiam aliquo mo
Ad primū do cognitionem experimenti. Ad id autem qđ con
tra obiicitur dicendū ꝙ non erat ſuꝑfluum in xp̄o qđ
erat nature vel ſtatus oſtenſiuū: quia hoc multū va-
Ad 2m let nobis credere in eo vtrāqꝫ naturā ꝛ etiā hm̄ōi co-
gnitiões ſunt de ratione ſtatuū. Ad aliud dicendū
ꝙ hoc falſum eſt niſi lumina ſint eiuſdē ratiōis quo
ad lucem adminus ꝛ niſi ꝓiiciant radios ad eandem
partē: neutro autē iſtorū modorū eſt hic: quia iſte ſciē
tie nō ſunt eiuſdē rationis/nec etiā eodē modo illumi
nant ſuꝑ cognita. Si autē dicas ꝙ in inferioribꝰ etiā
lumina nō ſunt eiuſdē ratiōis/ꝛ tamen mutuo ſe ab-
ſorbent. Dicendū ꝙ falſum eſt/quia quo ad lucem ad
minus habent eandē rationē ꝓportionis ad actum.
lux enī nō eſt in inferiori corpore niſi ſm̄ naturā qua
cōmunicat cum ſuꝑiori corpore (vt dicit p̄hus) ꝛ ideo
licet habent virtutes diuerſas in mouendo/tamē lu
cere eſt cōmune eis ſm̄ ꝓportionē/ſic autem non eſt in
ſcientiis: quia equiuoce ſunt ſciētie ſicut oſtendit mo-
Ad 3m dus obiectiōis: quia vna eſt cauſa rei ꝛ alia ſimilitu-
do ꝛ tertia cauſata a re. Ad aliud dicendū ꝙ habe-
re omnē modū ſciendi nō eſt de ratione imꝑfectionis
nature humane: qđ enī imperfectū eſſet deo hoc per-
fectū eſſet angelo vel homini/vnde cum xp̄s deus fue
rit ꝛ homo/omnes modos perfectiōis vales nobis
habuit ſm̄ ſtatum vtriuſqꝫ nature.

Arti. XII. M Vtrꝫ in xp̄o ab infantia fuerit aliqua igno
rantia vel habuerit omnē ſcientiam.

Arguit p̄o d Eīnde querit̄ de hoc qđ dicit [Expers agni-
tionis infantia ꝛc̄.] ſ̄.b. Hoc etiam videtur
ꝑ auctoritatē Leonis pape i ſermone de epifania
dicētē ſic. Adorauerūt infantem in nullo ab aliorum
2o generalitate diſtinctum. Item chriſtus humilitate
deſcendit ſub omnes: ergo videtur cū magis humi-
lis ſit ignorans q̄ꝫ omniū habens ſcientiā/hunc defe
3o ctum ꝓpter nos aſſumere debuit. Item Chryſ. ſu
per Iohannē repzehēdit librū de infantia ſaluatoris
dicens ꝙ infantia ab aliis infantibus nō differebat.
4o Item de natura infantis videtur eſſe ignorantia
vel neſciētia: ergo videtur cū xp̄s omnia nobis natu-
ralia aſſumpſit ꝙ aſſumpſit illam. Prima probatur
per illud qđ p̄hs dicit in p̄ncipio naturarū ꝙ pueri in
p̄ncipio vite omnes viros exiſtimāt patres ꝛ feminas
matres/ꝛ poſtea diſcernūt: ergo videtur ꝙ hoc ſit na
Solo turale eis. Solutio dicendū ꝙ chriſto nunq̄ꝫ com
petit ignorātia vel neſciētia ſed omniū ſciētia ab inſtā
ti cōceptiōis ſue vt probat mgr̄ in lr̄a quadruplex vl̄
triplex vt dictū eſt. ſcꝫ increata/vnita verbo ꝛ compre
hēſoris ꝛ ſm̄ primū ſtatū ſimilis fuit ſciētie quā acce-
perūt angeli a p̄ncipio ſue creationis. Cognitio autē
cōprehēſoris eſt cognitio p̄ſentis vniti. ꝛ ideo redu-
citur ad ſcientiam vnionis/hoc eſt quā facit vnio ꝛ ſic
erūt tres ſciētie xp̄i. Quarta autē experimentalis fuit
in eo quēadmodū actus nō faciens habitū vt dictum
eſt ad Hebꝛ. ꝙ didicit ex hiis que paſſus eſt obedien-
ad p̄m ꝛ 3m tiam. Ad autoritatē aūt leonis dicendū ꝙ loquit̄
ſm̄ id qđ exterius in ip̄o apparebat ꝛ eodē modo ſol-
Ad 2m uendū eſt dictū Chryſ. Ad aliud dicendū ꝙ deſcē-
dere in id qđ cōtrariat̄ merito ꝛ beatitudini nō eſt hu

militatis ſed fatuitatis/ꝛ hec eſt ignorātia ꝛ neſciētia
quia intellectus bonus eſt oībꝰ faciētibꝰ eum. Ad Ad 4m
aliud dicēdū ꝙ hoc nō eſt de natura infantis niſi ſm̄
ſtatū nature corrupte qui p̄hi notus erat. Si enim
adā nō peccaſſet determinatū eſt q̄tū ꝑfecti ſcientia ꝛ
gratia ſm̄ ſtatū animalis vite naſceremur: licet nō ꝑ
fecti in q̄ntitate ꝓpter neceſſitatē materni vteri.

Quō intelligendū ſit illud ſenſus proficiebat humanus.

Sed ex qua cauſa illius dicti intelligētia ſcꝫ
ſenſus ꝓficiebat humanꝰ aſſumēda eſt? Ap-
te enim videt̄ Ambro. innuere ꝙ ſm̄ huma-
nū ſenſum chriſtus ꝓfecerit: ꝛ ꝙ infantia eiꝰ
expers cognitiōis fuerit: ꝛ patrem ꝛ matrē
ignorauerit qđ nec eccl̄ia recipit nec p̄miſſe
autoritates patiunt̄ ſic itelligi. Sed ita ſane
pōt accipi vt q̄tū ad vſum hominū ꝛ ſui ſen-
ſus oſtēſionē xp̄s ꝓfeciſſe dicat̄. Proficiebat
ergo hūanus ſenſus in eo ſm̄ oſtēſionē ꝛ alio
rū hominū opinionē. Ita etiā patrē ꝛ matrē
dicit̄ ignoraſſe in infantia: q2 ita ſe habebat ꝛ
gerebat: ac ſi agnitiōis expers eſſet.

An xp̄s ab inſtāti cōceptionis fuit plenus Arti. XIII. N
gratia ꝛ ſapientia.

d Eīnde q̄rit̄ de h̄ qđ dicit [Sed ex q̄ cā] Hic
videt̄ mgr̄ ſupponere qđ ſupra determiat. ſ.
xp̄m ab inſtāti ꝯceptiōis plenū gr̄a ꝛ ſapīa fu
iſſe. Sed ꝯtra nō habuit fidē nō habuit ſpem non Obiectio
habuit penitentiā q̄ oīa gr̄e ſunt nō ergo plenitudinē
diuīe gr̄e. Solutio fides q̄ ad viſionē fuit in xp̄o: ſꝫ Solutio
quo ad ſpeculū ꝛ enigma in q̄ videt̄ fides nō fuit i ip̄o ad totū qđ
q2 illa ſunt imꝑfectiōis. Spes aūt eſt certa expecta- ꝓponit.
tio future beatitudis ex meritis ꝛ gr̄a ꝓueniēs/ꝛ ſm̄
oēm modū nō fuit i ip̄o ſed inq̄tū eſt certa ex meritis
ꝛ vnione ꝛ glīe ſiue btitudinis corꝑis nō anīe fuit in
ip̄o actus ſpei: q2 gloriā corꝑis certus expectabat. pe
nitentiā autē nō habuit: q2 reſpicit peccatū p̄cedens
ſed pro nobis tantū actū penitētie exhibuit: q2 ſoluit
penas ꝓ peccato noſtro debitas: ꝛ q2 fuit hoſtia pro
pctō noſtro ꝓpter qđ etiā dicit̄ peccator ab ap̄lo dicē-
te eū qui nō nouerat pctm̄ ꝓ nobis peccatū fecit deꝰ
ꝛ iterū de pctō dānauit pctm̄ in carne/ꝛ dicit̄ ibi pec-
catū quia fuit hoſtia pro peccato.

Si aīa xp̄i habuerit ſapiētiā parem cū deo: ꝛ ſi oīa ſcit que deus.

b Ic queri opus eſt cū Di. XIIII.
anima xp̄i eſſet ſapiens ſapientia Quō verbi
gratuita: vtrū habuerit ſapientiā ſeu xp̄i icar
equalē deo ſiue oīm rerū ſcientiā natio ordia
habuerit vl̄ habeat. i. vtrꝫ oīa ſciat que deꝰ ſcit. tur ad nrām
Quibuſdam placet ꝙ nec parē cum deo ha redēptionē
beat ſcientiam: nec omnia ſciat que deus: q2 q̄tū ad ple-
in nullo creatura equatur creatori. Cum er- nitudinē ſci
go anima illa creatura ſit: in nullo equatur entie ſpēalr̄
creatori: ergo nec in ſapientia. Non ergo ha-
bet equalem cum deo ſapientiā: nec ſcit oīa

que deus. Item ſi anima illa equalem habet
cum deo ſapientiã: non ergo deus in omni bo
no maiorẽ habet ſufficientiã q̃ eius creatura
Inducunt etiam autoritates ad idem probã
dum. Ait enim ꝓpheta ex perſona hominis
Pſ.138. aſſumpti. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex
me: ꝛ nõ potero ad eam. Q̃d exponẽs Caſſio
dorus ait: Veritas humane cõditionis oſtẽ-
ditur: q2 aſſumptus homo diuine ſubſtantie
nõ põt equari vel in ſciẽtia vel in alio. Apl's
1.Cor.2. etiam ait: Nemo nouit que ſunt dei niſi ſpiri
tus dei: qui ſolus ſcrutat᷑ omnia etiam ꝓfun-
da dei. His aliiſq; pluribus rationib⁹ ꝛ au-
toritatibus vtũtur qui animã xp̃i aſſerũt nec
parem cum deo habere ſcientiam: nec om̃ia
ſcire que deus ſcit. Quia ſi om̃ia ſcit que de⁹
ſcit q̃ creare mundũ: ſcit etiã creare ſeipam.
A Ic queri opus eſt vtrũ anima xp̃i ꝛc̃. Hic in
b cipit diſtinctio. xiiii. in qua q̃rit᷑ ſc̃da q̃ſtio
iſtius partis ſcꝫ vtrũ xp̃s habuerit omniũ
ſcientiã ſicut de⁹ vel nõ: Et habet tres par
tes in quarũ prima obiicit pro ꝛ cõtra ꝛ ſoluit q̃ ha-
buit omniũ ſcientiã. In ſc̃da aſſignat rationẽ quare
nõ habuit ſimil'r oim potentiã vel omnipotentiã ibi
[Si vo querit᷑ quare deus nõ dederit ei ꝛc̃.] In ter
tia obiicit contra hanc ſecundã partem ꝛ ſoluit ibi ſcꝫ
[Sed ſi anima illa nõ habet tantã potentiã.

Arti. 1. An xp̃s habuerit oim ſcitoꝝ a deo ſcientiã
Irca primũ incidit queſtio de tribus articu-
c lis ſcꝫ. an xp̃s habuerit omniũ ſcitorũ a deo ſci
entiã: Sc̃do vtrũ habuerit illã ſcientiã in ſpe
cie creatis vel habitu vel in verbo tm̃. Tertio vtrũ
illa ſcientia fuerit vel ſit ſcientia cõprehẽſionis vel ſim
Arg.pᵒ ſic. plicis intelligẽtie tm̃. Ad probandũ autẽ q̃ nõ ha-
buerit omniũ ſcientiam rõnes adducũtur in lr̃a ꝛ iſte
ſubiaceant. Ad idem aũt alia rõne poteſt obiici ſic
nihil creatũ eſt infinitũ nec infinite capacitatis anima
xp̃i eſt creata: ergo nec eſt infinita nec infinite capaci-
Probatio tatis. numerus aũt ſcitorũ a deo eſt infinitus q̃d pro
ſm Aug. bo ſic. Aug. dicit in li. de ciuitate dei. xxi. q̃ numeroꝝ
ſpecies q̃uis infinite ſint tñ in illius ſciẽtie modo ſũt
finite cuius ſciẽtie nõ eſt numerus: ergo patet diuinã
2ᵒ ſcientiã eſſe infinitoꝝ. Item bonitas dei eſt infini-
ta ꝛ ſil'r potentia ꝛ quicq̃d in deo eſt totũ infinitũ eſt
ꝛ deus ꝑfectiſſimus ſui eſt contẽplator: ergo ſi ania
xp̃i ſcit hoc q̃d ſcit deus/ ipa ſcit ꝛ cõprehẽdit infinita
3ᵒ q̃d eſſe nõ videt᷑ cũ ipa ſit creata. Item deus ſcit q̃c
quid põt facere/ põt aũt facere que nunq̃ ſunt fuerũt
vel fient: ergo ania xp̃i ſcit que nunq̃ ſunt fuerũt vel
[illegible]/ ꝛ hoc falſum eſt: q2 q̃d nunq̃ fuit eſt vel erit non
Obiectio ſcit. Si forte dicas q̃ aia xp̃i ſcit infinita eſſe in-
finita [illegible] nõ cõprehẽdendo infinita hoc nihil eſt quia
nos etiam [illegible]imus illo modo infinitũ. vnde in hoc nõ
Obo alia. differt ſcien[illegible] anime xp̃i a noſtra ſcientia. Si ꝓpter
hoc aliquis di[illegible] q̃ anima xp̃i cõp̃hendit in ſe infi-
nitatẽ dei. [illegible] infinit[illegible] bonitatẽ ꝛ veritatẽ ꝛ ſic de aliis.
Rõnes in Contra quicq̃d c[illegible]p̃hendit᷑ cõp̃hendẽtis intel-
oppoſitũ pᵒ. lectu circũſcribit᷑ vt di[illegible] Aug. in li. de videndo deũ
ad probã quicq̃d autẽ intel[illegible]ctu creato circũſpicitur
hoc intellectu finitur: quia ſic [illegible]ꝺtinet᷑ intellectu q̃ ni-
hil eius eſt extra: ergo q̃d cõp̃hendit᷑ finit᷑. nihil aũt
finit᷑ niſi q̃d finitũ eſt: cum ergo q̃d ſic cũ anima xp̃i cõ
p̃hẽditur finitur: ſed cõp̃hendit᷑ infinita dei boni-
tas veritas ꝛc̃. ergo deus eſt finitus/ q̃d eſt hereſis.
Item licet capacitas aie xp̃i maior ſit q̃ poteſt eſſe 2ᵃ
creature ſimplicis alicuius tñ ipa nõ eſt ifinita: ergo
nõ cõmenſurat᷑ infinito. Nihil aũt cõp̃hendit aliud
niſi q̃d poteſt mẽſura capacitatis ſup illud ergo capa
citas aie xp̃i cũ nõ poſſit cõmenſurari infinito/ nõ cõ-
p̃hẽdit infinitũ aliq̃d in deo ꝛ ſic patet q̃ in numero
ſcitoꝝ nõ habet equalẽ cum deo ſcientiã. Sed cõ- Rõnes ite-
tra in lr̃a ſunt iterũ rõnes quedã q̃ ſupponant᷑. Ul- rũ in oppo-
terius aũt obiicitur ſicut dicit Aug. q̃ talis eſt vnio ſitũ prima.
que facit deũ hominẽ ꝛ hominẽ deũ ꝛ oia q̃ vera ſũt
de deo/ vera ſunt de homine ꝛ ecõuerſo: ſed filius dei
ſcit infinita: ergo hic homo ſcit infinita/ ꝛ nihil ſcit hic
homo niſi q̃d ſcit in anima eius: ergo ipe cõp̃hendit
infinita. Itẽ ad Phil'.2. Omnis lingua ꝯfiteatur 2ᵃ
q2 dñs ieſus xp̃s in gloria dei patris eſt. hic igit᷑ hoc
per paſſionẽ meruit vt ibidem dicit᷑ hoc intelligit᷑ ſm
hominẽ: ergo ſm hominẽ in gloria ẽ dei patris vt vi-
detur. nõ aũt eſt in gloria ſua niſi ſciat ea que ille ſcit:
ergo cõpollet ei in ſcitis ꝛ numero ſcitoꝝ vt videtur.
Item ex vnione aie illa habet aliq̃d ſuper nos: cũ 3ᵃ
igit᷑ nos attingamus id q̃d eſt infinitũ ꝛ nõ cõp̃hẽ
damus ipe erit attingens ꝑ intellectũ ꝛ cõp̃hendẽs
Solutio dicendũ ſine preiudicio q̃ aia xp̃i ſcit om̃ia Solo
que deus ſcit ſed nõ oim eodem modo. infinitatẽ eñ
dei que nõ menſurat᷑ aliquo extrinſeco claudẽte ipam
ſicut ſepius dictũ eſt in primo libro ſup ſc̃dam ꝛ ter-
tiã diſtinctionẽ. ipa aia xp̃i nõ claudit cõp̃hẽdendo
ſed ſolus deus cõp̃hẽdit ſe: quia ſibi ſoli ipe finitus
eſt eo q̃ nihil de ſe eſt extra ſeipm. ſi eñ diceremus eũ
concludi cõp̃henſione capacitatis anime xp̃i. videt᷑
mihi q̃ hoc redundaret in blaſphemiã deitatis xp̃i. ꝛ
tantũ daremus tam humanitati ſue q̃ derogaremus
diuinitati eiuſdem q̃d non eſt faciendũ. Sic igitur di
cendum q̃ omnia ſcit que deus: ſed nõ omniũ eodem
modo: quia non cõp̃hendendo quicq̃d deus ſcit ſed
tm̃ cõp̃hendit omnia ſcita a deo que non ſunt de⁹: ꝛ
ſed hoc ſcitum a deo quod eſt deus non cõp̃hẽdit
Dicendũ ergo ad primũ cũ dicitur deus ſcire infi- Ad primũ
nita poteſt intelligi dupliciter/ ſcꝫ q̃ ſciat infinita per
numerũ vel infinita quaſi in menſura que eſt ipe. Et
ſecũdo modo verum eſt q̃ ſcit quedam que ipe eſt que
ſunt infinita. ꝛ hec ſcit anima chriſti ſed nõ cõp̃hen
dit. infinita autẽ per numerũ nõ ſunt niſi ſm quid ſcꝫ
in potentia additionis infinite vt dicit phus. ꝛ in po
tentia cauſe efficientis ſcꝫ. quia ipe poteſt facere infini
ta/ ꝛ ſcit ſe poſſe hoc ꝛ tamen non ſequitur per hoc q̃
infinitorũ actu ſint ſpecies in ipo/ ꝛ ex hoc non ſequi-
tur q̃ deus ſciat infinita niſi ſcire ſit idem q̃d infiniti
ſcientiam habere: ꝛ ideo licet anima chriſti ſciat om̃ia
que deus ſcit/ nõ ſequitur q̃ ſciat infinita. Quidam
autem dicunt hic aliter ꝛ diſtinguũt triplicem ſcien-
tiam in deo: ſcꝫ approbationis que tm̃ bonorũ eſt/ et
viſionis que eſt eorũ quorũ rationes ſunt apud ipm.
ꝛ ſimplicis intelligentie quam dicunt eſſe omniũ que
aliquo modo exiſtunt vt priuationes/ ꝛ ea que ſunt
in potentia tm̃. ꝛ dicũt q̃ anima chriſti ſcit omnia pri
mo ꝛ ſecundo modo ſcita a deo/ ꝛ non tertio modo.
Sed ex hoc ſequitur duplex incõueniens. vnum ſcꝫ
q̃ anima chriſti non parificetur deo in numero ſcito-
rum q̃d eſt contra hoc q̃d hic dicitur ſine exceptione.

Aliud eſt qḋ eadem ratione etiam neſcit mala quia il-
Ad ꝓbatio- la ſimplici intelligentia noſcitur. Ad hoc autē qḋ
nē ſm Aug. Aug. dicit ꝙ infinite ſpecies nūerorū in illius ſciētia
z ad 2m. finite ſunt cuius ſcientie nō eſt numerus. Dicendū ꝙ
hoc verū eſt/non tamen oportet ꝙ ſciat infinita: quia
cum ſua ſciētia ſit cauſa omnis rei que nō eſt per pri-
uationē dicta ſi in ſua ſciētia eſſent infinite ſpecies nu
merorum ipſe produceret infinitas ſpecies numero-
rum qḋ falſum eſt. vnde itellectus eſt Auguſti. ꝙ ſua
ſciētia que eſt cauſa entis z nō limitat̄ per ens creatū
cōprehendit id qḋ eſt infinitū in potentia diuiſionis
z multitudinis id eſt ſm ꝙ ſemper aliquid poteſt ſu-
mi extra ipm/nō tamen cōprehendit ita ꝙ per ſpeciē
cauſe ei ipm: quia ſic iam eſſet infinitū finitū qḋ eſſe nō
Ad 3m poteſt. Ad hoc aūt qḋ obījcit ꝙ deus ſcit qḋ nunꝙ̄
erit vel eſt vel fuit. Dicendū ꝙ hoc ſcit hoc modo quo
eſt in cauſa: nō autem eſt in cauſa niſi per exemplar.
vnde etiam deus non ſcit niſi ſciendo ſe id poſſe cuius
nō eſt exemplar in ipo: vnde ſciendo ſe in tali potentia
cauſandi ſcit illud. nō tamē ſequit̄ ꝙ ſimpliciter ſciat
illud/z eadem eſt etiam ſolutio de infinito: non eñ ſe-
quitur ꝙ ſi ſcit infinita per potentiā producēdi infini
Ad obiecta. ta ꝙ ſciat infinita ſimpliciter. Ad hoc qḋ obījcitur
poſt 3m. ꝙ ſi anima chriſti ſcit nō comp̄hendendo ꝙ nō differt
a noſtris animabꝫ dicendum ꝙ hoc nō eſt verum: ad
huc eñ differt in duobꝫ ſcꝫ in numero: quia nulla pu
ra creatura omniū noticiam habet que deꝰ ſcit ſicut
dicit Iſidorus ꝙ trinitas ſibi ſoli nota z homini aſ-
ſumpto/z ſic dicit Aug. ꝙ anima xpi om̄e bonū amat
z nihil amatur niſi cognitū: ergo omne bonū cogno-
ſcit: vnuſquiſꝗ autē alioꝝ ſanctorū tantū cognoſcit
quātū deus vult ſibi reuelare. In modo etiam quia
quaſi exceſſiue capacitas ſua recipit z plus de quoli-
Ad illa q̄ vl bet cognoſcibili q̄ꝫ aliquis alioꝝ. Ad illud autē qḋ
timo ſunt in in ꝯtrariū obījcit̄ dicēdū ꝙ hec bene ꝯcedit̄ ꝙ hic hō
ꝯtrariū ad ꝑm. omnia cōprehendit q̄ deꝰ cōp̄hēdit: quia hic hō ſup-
ponit perſonā in tribus ſubſtantijs z duabꝫ naturis
ſed nō ſequitur vlterius ſi hic homo comprehendit ꝙ
homo cōprehendit ſi li ſm notat nature conditionē.
Ad. 2m Ad aliud dicendū ꝙ xp̄s in perſona eſt in equalita
te glorie dei patris. ſm autē ꝙ homo eſt in gloria in-
Ad 3m. ferior: ſed altior q̄ꝫ aliqua creatura. Ad aliud dicē
dum ꝙ nos nec oīno ſcimus que deus nec cōprehen-
dimus infinitū pelagus ſubſtantie diuine ſed attingi
mus: deus autē omnis cōprehendit z omnia ſcit/vñ
xp̄s ſm ꝙ homo eſt vnitus conformat̄ ei in numero
ſcitorū in quo nos excedit/z eſt ſub ipo in modo com-
prehenſionis.

Arti. II. An illa ſciētia quā xp̄s de omnibus habet
B ſit in contemplatione verbi ſibi vniti vel in
aliquo habitu formali.

Secūdo querit̄ verum illa ſcientia quā xp̄s de
a omnibꝫ habꝫ ſit in contēplatiōe verbi ſibi vni
ti vel in aliquo habitu formali in quo cogno-
ſcat omnia ſicut angeli in principio ſue creationis re-
Argu. ꝑmo ceperūt habitū in quo cognoſcūt omnia. Et videtur
ꝙ habitu cognoſcat xp̄s: quia anima xpi nō eſt imp-
fectior ſed altior angelis: ergo data angelorū daban
tur ei. Angelis aūt datus eſt habitus a ꝑncipio crea-
2o tionis: ergo z anime xp̄i. Item nō eſt intellectus ni
ſi per aſſimilationē intelligētis z eius qḋ intelligitur
ſed anima xpi intellexit omnia: ergo aſſimilata fuit oī
bus: hoc aūt nō poteſt eſſe niſi per habitum z ſpecies
omniū: ergo habitū cognitiōis z ſpecies oīm habuit
apud ſe. Itē ſicut ſe habꝫ materia ad formas artis 3o
vel nature: ſic ſe habet intellectus rōnalis ad ſpecies
rerū cognoſcibiliū ſed materia nō eſt actu niſi ꝑ ſpeciē
z formā ſuſceptā: ergo intellectꝰ poſſibilis nō fit actu
niſi ꝑ ſpēs receptas vel a creatiōe vel ꝑ abſtractionē a
rebus: nō aūt habuit ab inſtanti cōceptiōis ꝑ abſtra-
ctionē a rebus: ḡ habuit datas ꝑ creationē vt videt̄.
Sed cōtra triplex eſt cognitio angeloꝝ vt elicitur Rōnes ꝑ
a verbis Aug. ſcꝫ veſpertina q̄ cognoſcūt res in ꝓprio veritate pā.
genere rerū in qua obumbrant̄ vmbra ꝑuatiōis tra-
hentis ad occaſum ſemꝑ. Et ſcḋa qua cognoſcūt res
in ſe ipis. z tertia q̄ eſt nobilior alijs q̄ eſt in v̄bo. Cū
igit̄ illa. ſ. que eſt in verbo habituales formas nō exi-
gat eo ꝙ verbū p̄ſentius eſt contēplanti q̄ꝫ aliqua ſpe
cies eſſe poſſit multomagis aia xpi vnita verbo hmōi
ſpecies nō reqrit. Itē nō fieret intellectus ſine pre- 2a
ſentia rei intellecte: magis autē preſens eſt qḋ ꝑ eſſen-
tiā eſt in aia q̄ꝫ id qḋ per ſilitudine tm̄/z magis p̄ns
eſt penetrans intellectū ſui ſimplicitate q̄ꝫ attingens
quaſi extrinſecus tm̄: ſed verbū penetrat ꝑ ſe intelle-
ctum contēplātis: ea aūt que eſſentialiter ſunt in aia
vt iuſticia/ſpērātia/fides z hmōi nō tangunt vel in-
formant animā extrinſecus: ergo magis p̄ſentat̄ ver-
bum q̄ꝫ aliquis habitus poſſit preſentare: ſed adhuc
magis p̄ſentat̄ anime quā ſibi vnit z eam penetrat: ḡ
cum hec ſit aia xpi: aia xpi in verbo z nō in aliquo
alio cognoſcit omnia. Itē oīa nō poſſunt cogno- 3a
ſci niſi in eo in quo ſunt quodāmodo oīa: ſed in nul
lo habitu angeloꝝ vel natura ſunt oīa: quia ea que
ſubiacent libero arbitrio nō ſunt ordinata nec aliqḋ
pōt in ea cōprehēdenda cognoſcēdo ꝑut dependent a
futuro niſi ſolꝰ deus ḡ hec nō p̄nt cognoſci niſi a deo
ſolo: ḡ aia xpi nō potuit hec cognoſcere niſi in deo: ḡ
nō cognouit ea in aliq̄ habitu recepto. Solutio ſi- Solutio.
ne p̄iudicio dicimꝰ ꝙ aia xp̄i cognitionē oīm vt oīm
nō habet niſi in v̄bo: qꝛ illi ſoli aie quā ſibi vniuit/ſe q̄
ad oīa cognoſcibilia oñdit/alijs aūt angelis z aiabꝫ
beatis q̄ntū vult z q̄ntū meruerūt. Ad id aūt qḋ ꝑ- Ad primū
mo obījcit̄ dōm ꝙ aia xpi nō habet habitꝰ q̄ ſunt ſili
tudines oīm/hoc potiꝰ eſt ſignū ꝙ plus collatū eſt ei
q̄ꝫ alijs angelis quia in p̄cedēti diſtinctiōe determia-
tū eſt ꝙ habet habitū in q̄ cognoſcit oīm naturaliū or
dinē z ꝓceſſum ſicut angeli: ſed oīm cognoſcibiliū a deo
nō eſt iſte habitꝰ: qꝛ angeli nō cognoſcūt oīa. vñ ſuꝑ
hoc habet vnionē ad verbū in q̄ ſemꝑ oīa contēplat̄ z
cognoſcat. Ad aliud dicendū ꝙ aſſimilatio duplex Ad 2m.
eſt. vno mō ꝑ abſtractionē. z alio mō ꝑ ꝯuerſionē ad
id qḋ eſt cauſa z ars ꝑma oīm/z hoc ſcḋo mō ꝑ ꝯuerſi
one z vnionē ad verbū aia xpi habuit aſſilationē in-
tellectus cū omnibꝫ. Ad aliud dicendū ꝙ illa ſilitu Ad 3m
do eſt vera de intellectu acquirēte ſcientiā rerū z hoc
nō cōpetit aie vnite ſūme ꝑfectioni: quia illa non po-
tuit ſubiacere ignorantie.

Quo mō noticie aia xpi ſciuerit omnia. Arti. III.
C
Tertio q̄rit̄ quo mō noticie aia xpi ſciuerit oīa
c q̄ deꝰ. Videt̄ aūt ꝙ intuitu vno: qꝛ q̄cq̄d eſt in Arg. primo
v̄bo eſt i eo ꝑ modū vniꝰ z nō ꝑ modū pluriū
Item circa difficile eſt omnis virtus: difficile ven- 9° dicat ſibi fortitudo vt dicit Bern. ergo fortitudo exigitur in quolibet opere virtutis; Item ſcire eligere 10 exigit in quolibet opere virtutũ zc̄. z hoc eſt prudentie: ergo prudentia requirit in quolibet opē virtutis. Simil'r cum opus cuiuſlibet virtutis ſit inter ſuperfluũ z diminutũ neceſſe eſt in q̄libet opere virtutis requiri tēperantiā. z cũ opus virtutis ſit vt debet. videtur adeſſe iuſticia: ergo videtur ꝙ omnes ſint ſibi cõnexe in quolibet opere virtutis. Item qui caſtus eſt 11° habet virtutē: ſed qui caſtitatē habet caſtus eſt: ergo qui virtutē habȝ virtuoſus eſt: g̃ nõ eſt vicioſus: ergo oīs qui caſtitatē habȝ nõ eſt vicioſus; ſed vicioſus eſt aliq̄s ab vno vitio: ergo nullũ vitiũ ineſt ei qui caſtitatem habet omnes virtutes habet: ergo connexe ſunt virtutes. Sed cõtra Aug. dicit ad Hiero. ꝙ non eſt diuina ſciā qua dicit ꝙ qui habet vnā habet oēs: g̃ videt ꝙ nõ neceſſario eſt vera. Itē politice virtutes generant ex actibꝰ. actus aũt diuiſi ſunt z diuiſim aſſunt: g̃ z habitus geniti ex illis: g̃ videt ꝙ nõ neceſſario ſimul ſunt virtutes. Itē aliq̄s in opere eſt caſtꝰ z auarus: ſed ab actibꝰ ſimilibꝰ ſiles habitus relinquũtur: g̃ innaſcit ei habitus caſtitatis z auaricie ſed cũ habitu auaricie nõ pōt ineſſe liberalitas: g̃ habēs caſtitatē nõ neceſſario habet liberalitatē nõ g̃ qui habet vnā habet oēs. Solutio dicendũ etiā inter plu- Solutio res ſunt contentiões. quidā eñ dicebāt ꝙ opationes nõ generāt virtutes; ſed eñ diſponũt aliquē ad ſuſcipiendũ z virtutes dant a ſubſtātijs ſepatis in ꝑfectiõe ſapiētie ſup̄ quattuor affectiões naturales. ſ. timorē/ ſpem/ gaudiũ/ z triſticiā ſiue perturbationē. Et dicebant ꝙ tres affectus ordinati manēt in ſapiēte in collatione z nõ ꝑturbatio ſiue triſticia q̄ nõ cadit in ſapientē/ z hec fuit opinio ſtoicoꝝ z accipiebant rõnē virtutis ſm ꝙ eſt vltimũ de re vel de potentia/ nec dice-

bant prudentē qui ſm qđ prudēs eſt niſi eſſet prudēs
vniuerſalr̄ q̄ ad actū oīs virtutis: ⁊ ideo iſti dicebāt
q̄ habita vna habent̄ omēs: ⁊ rō ipoꝝ potiſſima fuit
hec q̄ oīs virtus vel eſt in rōne vel a rōne/ vn̄ omnis
v̄tus pfecta rōnis eſt. nō eſt aūt pfecta rō ꝑut cōpetit
ſapiēti cui⁹ ē ordiare ⁊ nō ordiari niſi ſit pfectio in ſe ⁊
in ſubditis virib⁹. hoc aūt nō cōuenit per virtutē vnā
ſed per virtutē omniū: ⁊ iō dicebāt oēm virtutē opor
tere eſſe et pfectionē ſapiētie: cū aūt qui nō eſt ſapiēs
ſed exercet̄ in ope alicui⁹ virtutū dicebāt eſſe in diſpo
ſitione et nullā virtutē habere. eo q̄ opatio nō gene-
rat virtutē ſed dat̄ ab intelligētijs q̄ ſunt ſubſtātie ſe-
pate. ⁊ hoc accipit̄ ex v̄bis Aug. ſup inductis vbi di-
xit q̄ ſtoici ꝓficientē nolebant virtutē oīno habere ſed
pfectū ꝗm. q: v̄o Aug. hanc ſententiā nō approbat: iō
aliter dicendū eſt ſm Ariſto. in ethic. ſ. q̄ politice vir-
tutes generationē hn̄t ab opib⁹ ſi ſunt cōſuetudiales
vel ab experimento ⁊ tpe ſi ſint itellectuales: ⁊ q: gene-
rātia cōnexa nō ſunt/ iō virtutes cōnexionē nō habēt

Ad oēs au-ctoritates dr̄ Ad oēs aūt auctoritates q̄ primo iducunt̄ eſt vna
ſolutio. ſ. q̄ quedā ſunt generales act⁹ virtutū penes
quos nō diſtinguūtur ⁊ q̄ ad illos aliqđ eſt de q̄libet
in q̄libet virtute. eligibile eñ eſt in q̄libet: ſed hoc non
eſt prudētie ꝓpriū: ſimilr̄ difficile eſt in q̄libet: ſed hoc
nō eſt fortitudis ꝓpriū: ſed potius difficile circa mate
riā determinatā q̄ eſt paſſio illata ſm ſenſum tactus.
Similr̄ modus ſm ſupfluū ⁊ diminutū nō eſt in q̄li-
bet: ſed hoc nō eſt ꝓpriū tēperātie ſed poti⁹ in materia
paſſionū innatarū circa delectabile guſtus ⁊ tactus
Debitū etiā qđ eſt in q̄libet virtute nō eſt debitū iuſti
tie: ſed potius in materia ordinata ad ꝓximū ſm ius
naturale vel poſitiuū. Dicendū ḡ q̄ conceptus eſt i vir
tutib⁹ quo ad id qđ generalr̄ circuit omne opus: ſed
hoc habito nō neceſſario habent̄ v̄tutes oēs in ſpēali
q: hoc nō eſt virtutis alicui⁹ ſm ſpeciē niſi p adapta-
tionē: ſed eſt diſpoſitio media materie in q̄ poſtea pro

Ad 7m pria rōnē accipiat virtus hec vel illa. Ad id qđ obij
citur p rōnē dicendū q̄ hoc eſt verū: q: habit⁹ rōnis
regit habitū iraſcibilis ⁊ cōcupiſcibilis ſicut potētia
regit potētiā: ſed ex h̄ nō ſequit̄ q̄ habita vna habeat̄
alia niſi ſm quid: qui eñ caſtus eſt habet prudētiā q̄
ad electionē eius qđ exigit̄ ad caſtitatē ſed nō pruden
tiā ſimilr̄ ⁊ de fortitudine quoq3 nihil h3 ſm q̄ ꝓprie

Ad 8m fortitudo accipit̄. Ad aliud dicēdū q̄ prudētia pōt
haberi ſm qđ in vnaquaq3 diuiſim: ſed nō oportet q̄
habita aliq̄ illarū habeat̄ alia ſimilr̄ vel etiā q̄ habi-
ta vna habeant̄ alie: q: mixti ſunt ecōtrario operātes

Ad 9m et 10m Ad aliud dicēdū q̄ difficile ⁊ modus q̄ ſunt in ope
virtutis in genere nō ſunt ꝓprie fortitudinis ⁊ tēpe-
rantie niſi ſm qđ ⁊ p appropriationē: ⁊ iō nō oportet
q̄ ꝓpter illud habeant̄ ſimplr̄ ſed habent̄ ſm qđ tm̄.

Ad 11m Ad vltimū dicendū q̄ q̄ habet caſtitatē eſt caſtus:
ſed nō ſequit̄ q̄ ſit virtuoſus: q: v̄tuoſus dicit plus
q̄3 caſtitas. ſ. plenitudinē q̄ nō ineſt niſi p capiēdo oēs
ſpēs. vn̄ nō eſt ibi ꝓceſſus a ſpecie ad genus tm̄/ ſed a
ſpecie habitu ad habitū generis cū accidēte qđ eſt ha
bitudo pticipatiōis cū oib⁹ ſpeciebus: ⁊ iō nō valet ar-
gumētatio ſicut nec hic: iſte eſt hō: ergo ipe pticipat aial
ſm quālibet ſpeciem.

Arti. II. An virtutes theologice ſunt cōnexe.

B Ecūdo q̄rit̄ vtrū virtutes theologice ſibi ſint

Arg. p° ſic. cōnexe. videt̄ aūt q̄ ſic: pfectio eñ debet rnde-
re pfecto: pfectū aūt qđ eſt aia nō eſt ſine ptib⁹
viriū in vna ſub̄a vni vnitis: ḡ pfectio que eſt gr̄a non

2º eſt ſine virtutib⁹ vnitis in ſubſtātia grātie. Itē non
eſt cōuētio xp̄i ad belial: ḡ nō pōt aliq̄s ſimul eſſe vas
dei ⁊ vas diaboli: ſed per v̄tutē theologicā informa-
tā gratia eſt aliquis vas dei ⁊ templū: ergo ipe nō eſt
vas diaboli: ſed per qđlibet vitiū eſſet vas diaboli: ḡ
nullū vitiū habet: ſed vitia nō expellant̄ niſi p virtu-
tes oppoſitas: ḡ ipe habet oēm virtutē qui hab3 vnā
gratia informatā. Itē Aug. dicit q̄ impiū eſt a deo 3º
dimidiā ſperare veniā: ḡ qui veniā accipit peccati per
vnā virtutem expellentē peccatū ipe accipit veniā ſm
omnē virtutē qđlibet peccatū expellentē: ḡ qui habet
vnā habet omnes: ḡ qui habet charitatē habet perfe
ctionē ad meritū: ergo habet omne id q̄ pōt mereri: ſ3
hoc eſt q̄libet virtus: ḡ ipe habet quālibet virtutem.
Item Eſa. 16. ſup illud: Venter meus ad moab q̄- 4º
ſi cithara ſonabit. dicit glo. Cithara ſonū cōpoſitum
nō emittit etiā ſi vna chorda corrupta fuerit/ ſic ſpūs
vel venter ꝓphe ſi vna virtutū defuerit dulce melos 5º
nō reſonabit: ḡ oportet adeſſe oēs. Item Iaco. 2.
Qui offenderit in vno factus eſt omniū reus: ḡ ex op
poſitis q̄ habet vnā habet oēs. Itē ſup illud: Feci 6º
iudiciū ⁊c̄. dicit glo. a pte totū vt q̄ vnā hab3 oēs ha-
beat/ ⁊ q̄ vna caret omnib⁹ careat. Sed cōtra ſi q̄s Argu. pmo
h3 vnā h3 omēs: ſed xp̄s habuit vnā: q: charitatē: ḡ i 9riū q̄ nō
habuit fidem qđ falſum eſt. Eadē obiectio eſt de be 2º
atis q̄ hn̄t charitatē ⁊ nō habēt fidem. Si forte di Solo
catur q̄ hoc q̄n̄q3 dicit̄ qui h3 vnā h3 omnes intelligi
tur ſm ſtatū puri viatoris: tunc adhuc inſtantia eſt: Obiectio
q: innocēs habet charitatē ⁊ nō h3 penitentiā. Itē 3º
habēs charitatē nō neceſſario h3 virginitatē. Et ſi di Solo.
cat̄ q̄ v̄ginitas dicit virtutē cū ſtatu/ ⁊ virtus tali ſta
tu haberi pōt. Obijcit̄ adhuc de pſeuerātia ſine qua Obiectio
nō eſt ſalus. Conſtat q̄ qui h3 charitatē nō neceſſario
habet pſeuerantiā. Itē nos videmus expſſe q̄ qui 4º
habet fidē ⁊ ſpem nō neceſſario h3 charitatē nō ḡ ⁊c̄.
Itē creſcēte charitate decreſcit timor initial̄ ſic ſup 5º
ꝓbatū eſt i lr̄a: ḡ timor amittit̄ ⁊ eſt virt⁹ ſm q̄ virt⁹
generalr̄ accipit̄: ḡ nō q̄ h3 vnā ⁊c̄. Itē de q̄lib3 ſctō 6º
legit̄ q̄ nō eſt inuētus ſilis illi: hoc aūt nō pōt eſſe ſm
figurā corpis vel naturā: ḡ refert̄ ad virtutē: ḡ q̄libet
ſctūs h3 virtutē quā nō h3 alius nō ḡ qui ⁊c̄. So- Solo
lutio dicendū q̄ virtutes infuſe ⁊ formate cōnexe ſūt
ita q̄ vna hita hn̄tur oēs. Hui⁹ aūt cōnexionis tres
ſunt ſpēs. Prima ⁊ p̄cipua eſt ex gr̄a que eſt totū po-
tentiale ad virtutes: ⁊ ideo ſicut totius potētialis p-
fectio cōſiſtit in oib⁹ ptib⁹ ſil̄ ſumptis/ ⁊ in toto vni-
tis/ ita perfectio cōſiſtit in omnib⁹ v̄tutib⁹ ſimul ſum
ptis ⁊ in toto vnitis. qualr̄ aūt hoc fit ⁊ qualr̄ diffe-
rat a virtutib⁹ q̄re in ſcđo li. diſt. xxvj. et. xxvij. Ad h̄
ergo q̄ pfectio gr̄e ſit in eſſentia aīe ⁊ potētijs oportet
q̄ v̄tus oīs in gr̄a infundat̄. Secūda rō eſt ex chari-
tate q̄ eſt forma oīs v̄tutis in eſſe meritorio: ad h̄ aūt
q̄ formatū ꝓportionet̄ forme oportet q̄ oēs infundā
tur cū ipa ⁊ hoc etiā q̄liter fit q̄ charitas ſit forma ⁊ fi
nis v̄tutis ſup in tractatu de charitate notatum eſt.
Tertia rō cōnexionis eſt tacta i obijciēdo: hec ē gene-
ralis iuſticie iuſtificātis que nō pmittit ineſſe aliqđ vi
tium ⁊ cū vitiū nō expellat̄ formalr̄ niſi per virtutem
oppoſitam oportet ineſſe oēs v̄tutes. His habi- Ad primū
tis planū eſt rn̄dere ad obiecta in cōtrariū. Dicendū qđ ē in 9riū
eñ ad pmū q̄ q̄ h3 vnā h3 oēs ſm hoc q̄ eſſētiale ⁊ pfe et 2m.
ctiōis ē i eis ⁊ q̄ ad h̄ xp̄s habuit fidē q: habuit cogni
tionē q̄ pfectiōis eſt i fide/ ⁊ habuit cōprehēſionē q̄ ſic
pfectio reſpondet ſpei. Ad aliud dōm q̄ pnia dicit
virtutē que mouet̄ ad deſtructionē peti cum accidēte Ad primā
qđ eſt dolor cōmiſſi. vn̄ quo ad ſubſtātialē actū eſt in obiectionē

innocētē ⁊ ab hoc accidēte imponit nomen penitētie ⁊ ideo penitētiā nō dicit̄ habere licet habeat ſubſtan-
Ad 3m tiā virtutis penitētie. Ad aliud dicendū ꝙ virgini tas etiā noīat cōtinentiā cū accidēte ex parte corꝑis/⁊ nō eſt neceſſe iſtud accidēs adeſſe cū q̄libet virtute licʒ
Ad ſecūdā obiectionē. aſſit virtus. Ad aliud dicendū ꝙ ꝑſeuerantia dicit̄ dupl'r ſcʒ ꝓpoſitū ꝑſeuerādi ⁊ habit⁹ mouēs ad ꝑſeue randū/⁊ iſte habet̄ cū q̄libet ṽtute. Aliter dicendū ꝙ ꝑſeuerātia eſt ↄſeruātia in bono ſm actū/⁊ hec nō da tur niſi in vltimo inſtāti vite: ⁊ iō id nō eſt virtus ſed donū in fine a deo datū/⁊ hoc nō neceſſe eſt habere cū
Ad 4m q̄libet ṽtute. Ad aliud dicendū ꝙ intelligit̄ de vir- tutib' formatis nō informib'. fides aūt ⁊ ſpes q̄ ſine
Ad 5m charitate habent̄ ſunt informes ⁊ nō formate. Ad aliud dicendū ꝙ creſcēte charitate decreſcit imꝑfectio timoris: ſed eſſentia timoris dn̄i ꝑmanet in ſeculū ſe- culi ⁊ hoc qual'r ſit ſup̄ in q̄ſtiōe de timore habitū eſt.
Ad 6m Ad vltimū dōm ꝙ h̄ dr̄ de ſctis q̄ ad vſū ⁊ nō q̄ ad habitū virtutis: vel dr̄ ſm quoſdā ſm donū gr̄e gra- tis date ⁊ nō gratūfaciētis: ſʒ p̄ma ſolutio ꝓbabilior eſt ⁊ magis cōpetens dictis ſanctoꝝ.

Arti. III. An etiam vitia ſunt cōnexa.

Ertio querit̄ vtrū vitia ſint cōnexa ſicut ṽtu- tes. videt̄ autē ꝙ ſic: q̄ ſicut opa bona ⁊ ṽtu- tes radicē habēt charitatē: ita mala hn̄t libidi nē ex q̄ oriunt̄: ḡ ſicut ṽtutes cōnexe ſūt ꝓpter radicē charitatis: ſic vitia cōnexa ſunt per libidinis radicem
Arg. primo ꝙ ſic.
2o Item ſi ineſt alicui vitiū nulla virtutū ineſt: ḡ ineſt priuatio oīs virtutis: ḡ illi cui ineſt general'r priuatio oīs virtutis illi ineſt general'r omne vitiū: ḡ q̄ hʒ vnū vitiū hʒ omne vitiū: ḡ vitia ſunt cōnexa ſicut ṽtutes.
3o Itē qui offendit in vno factus eſt oīm reus: nō aūt reus eſt oīm niſi ꝑ vitia oppoſita oīb': ḡ ineſt ei omne
4o vitiū: ḡ ſunt cōnexa vt videt̄. Itē ſi ineſſet aliq̄ vir- tus ⁊ aliqđ vitiū ſimul eſſet aliq̄s bonus ⁊ mal⁹. hoc aūt eſſe nō pōt: ḡ q̄ malus eſt vniuerſal'r eſt malus nō aūt vniuerſal'r eſt malus niſi ſm qđlibet vitiū: ḡ ha-
Rō in ↄtrīū bet qđlibet vitiū: ḡ ſunt cōnexe. Sed cōtra ſi con- nexa ſunt vitia: ḡ infundunt̄ aliquo vno infuſo qđ fal ſum eſt: q2 nō infundūt̄ ſed cauſant̄ a nobis: ḡ nullū vitiū eſt qđ nō cauſet̄ ab operib' nr̄is: ſed noſtra opa ſunt diuiſa: ḡ ⁊ vitia: nō ergo hīto vno habent̄ oīa: ⁊ quia ad hoc leuale eſt obīcere ſufficit qđ obiectum eſt.

Solutio Solutio dicēdū ꝙ vitia nō ſunt cōnexa ꝓpter cām q̄ tacta eſt in vltia obiectiōe: q2 .ſ. cauſant̄ ab opib' di uiſim quoꝝ vno habito nō habet̄ reliquū: ⁊ iō nec vi tia relicta ex illis ſibi ſunt cōiuncta ita ꝙ vno inherē-
Ad primū. te inhereat aliud. Ad primū ḡ dicendū ꝙ libido nō eſt vni⁹ rōnis: q̄ eſt i vitijs: ſʒ poti⁹ diſtinguūt̄ ſm de lectabilia obiecta q̄ diuerſa ſūt ſm rōnē: ſʒ nō ſic ē de charitate: q2 charitas ē amor ſūmi boni qđ ſp̄ vnū et
Ad 2m idē ē i q̄cūq3 amet̄: ⁊ iō vnit i ſe ṽtutes Ad aliđ dōm ꝙ nulla ṽtutū formataꝝ ꝑ gr̄am ineſt ei cui ineſt vnū vitiū. ſʒ cū dr̄ ꝙ iſte p̄uat⁹ ē oī ṽtute. Dōm ꝙ duplex eſt p̄uatio ſic etiā i naturis: qn̄q3 ei p̄uatio nō fundat̄ niſi in materia: ⁊ abſentia forme ſic ē vis i naturalib' formis qn̄ vni⁹ forme abſentia ⁊ pn̄tia facit mutatio nē: qn̄q3 aūt fūdat̄ i forma ↄtria: ſic ſi dicam⁹ ex n̄ hoīe fit hō ſignificam⁹ ꝑ nō hoīem formā ↄtiā qđ ſonat pri uatione ſubiectū hūanitatis ſine forma ⁊ non formā ↄtiā hūanitati. Cū aūt dicim⁹ ex nō albo fit albū ſig̃- mus ꝑ nō albū mediū vel nigredinē qđ cōparū ad al- bū ē nigrū/⁊ tūc p̄uatio pōit formā ↄtiā: ita dicim⁹ p̄ uatū vl'r ṽtute formata/ita tn̄ ꝙ nō ſupponunt̄ vitia ↄtria ſʒ nudū ſubiectū: ⁊ ex illa vl'i p̄uatiōe nō pōt iſer ri ꝙ inſūt vitia: q2 illa p̄uatio nō ponit vitiū ſʒ nudū ſubiectū nō hn̄s ṽtutē. Ad aliđ dōm ꝙ q̄ offēdit in Ad 3m
vno fact⁹ ē oīm re⁹ q̄ ad penā dāni ⁊ nō q̄ ad hit⁹ rea- tuū oīm vl' penas ſēſibiles. i. amittit ṽtutes obediē- tie oīm p̄ceptoꝝ rn̄dētes: ſʒ tn̄ nō ex h̄ ponūt̄ ↄtia ṽtu tū vt dictū ē: ⁊ iō nō oʒ vitia eē ↄnexa. Ad aliđ dōm Ad 4m
ꝙ nulla ṽtus formata ineſt etiā ei q̄ vnū hʒ pctm̄: ⁊ iō ſimpl'r ē mal⁹: ſed nō oportet ꝓpter hoc ineſſe ↄtiū cu- iuſlibet ṽtutis ſm ſpeciē/⁊ hui⁹ cā iam aſſignata eſt.

Si cūcte ṽtutes pit' ſint i q̄cūq3 ſūt

Vtrū ṽo piter q̄s oēs poſſideat virtutes: an alie magis alie min⁹ i aliq̄ feruēāt qđ ē: Qui buſdā eī videt̄ ꝙ alie magl' alie min⁹ habeāt ab aliquo ſic ī Job patiā emicuit: ī dauid hu militas: ī moyſe māſuetudo: q̄ etiā cōcedūt magis aliquē mereri ꝑ aliquā vnā ṽtutē q̄ ꝑ aliā: ſic eā pleni⁹ hʒ q̄ aliā. Nō tn̄ magl' ꝑ ali quā mereri dicunt q̄ ꝑ charitatē: nec aliquā pleni⁹a quoq3 hr̄i q̄ charitatē. Alias ḡ magl' ⁊ alias min⁹ i aliquo eē dicūt: ſʒ nullā pleni⁹ charitate q̄ ceťas gignit. Haſq3 dicūt eē mul- tas facies q̄s mēorat apl's dicēs: Ex ꝑſonis 2. Coꝛ. 1.
multaꝝ facieꝝ ⁊c̄. Alij veri⁹ dicūt oēs ṽtutes ⁊ ſil'es ⁊ pares eē ī quocūq3 ſūt. vt q̄ ī vna al- teri par extiterit: ī oīb⁹ eidē eq̄l'ſit. Vn̄ Aug. Virtutes q̄ ſūt ī aīo hūano: q̄uis alio ⁊ alio mō ſingl'e ītelligant̄: nullo mō tn̄ ſeꝑant̄ abin uicē: vt q̄cūq3 fuerit eq̄les. ṽbi gr̄a: ī fortitu- dine: eq̄les ſūt ⁊ prudētia ⁊ iuſticia ⁊ tēperā- tia. Si eīn dixer' eq̄les eē iſtos ī fortitudie: ſʒ illū p̄ſtare prudentia: ſeq̄t̄ vt hui⁹ fortitudo min⁹ prudēs ſit: ac ꝑ h̄ nec fortitudie eq̄les ſt q2 ē illi⁹ fortitudo prudētior: atq3 ita de cete ris ṽtutib⁹ iuenies: ſi oēs eadē ↄſideratiōe ꝑ curras. Ex his clareſcit oēs ṽtutes nō mō eē ↄnexas ſʒ etiā pares ī aīo hoīs. Cū ḡ dr̄ aliq̄s aliq̄ p̄eminere ṽtute vt abraā fide: iob patiā ſm vſus exťiores accipiēdū ē: vel ī cōꝑatiōe alioꝝ hoīm: q2 vel hūilitatis hitū marie pre fert: vel op⁹ fidei: vel alicui⁹ ceteraꝝ ṽtutū p̄cipue exeq̄t̄. Vn̄ ⁊ ea p̄ alijs pollere vel int' alios hoīes ſingl'arit' excellere dr̄: ſm hūc mo dū. ſ. ſm rōnē actuū exťerioꝝ vt alibi Aug. dicit in aliq̄ aliā magis eē ṽtutē aliā min⁹: ⁊ vnā ineſſe virtutē ⁊ nō alterā. Ait eīn ſic: Cla riſſima diſputatiōe tua ſatis apparuit nō pla- cuiſſe autorib⁹ nr̄is: imo ṽitati ipī oīa paria eſſe pctā: etiā ſi h̄ de ṽtutib⁹ veꝝ ſit: q2 ⁊ ſi ve rū eſt eū q̄ hʒ vnā oēs ṽtutes hr̄e: ⁊ eū q̄ vnā nō hʒ nullā hr̄e: nec ſic pctā ſunt paria: q2 vbi virt⁹ nulla ē: nihil rectū eſt: nec tn̄ iō nō ē pra uo praui⁹ diſtortoq3 diſtorti⁹. Si aūt qđ puto eſſe veri⁹ ſacriſq3 lr̄is cōgruēti⁹: ita ſūt aīe in

tentiões vt corpis mēbra. q nõ videant locis
ſed q ſentiant affectib⁹: τ ali⁹ illũinat āpli⁹:
alius min⁹: alius oĩno caret lũine: pfecto vt
qſq illuſtratiõe pie charitatis affect⁹ eſt: in
alio actu magis: ĩ alio min⁹ ĩ aliq nihil. ſic oĩ
a põt hre aliã: τ aliã nõ habere τ aliã magis
aliã min⁹. Nã τ maior eſt ĩ iſto charitas q̃ in
illo: τ iõ recte poſſum⁹ dicere τ aliq in iſto:
nulla ĩ illo: q̃tũ ptinet ad charitatẽ q̃ pietas
eſt: τ in vno hoĩe q̃dẽ q maiorẽ habeat pudi-
citiã q̃ patiẽtiã: τ maiorẽ hodie q̃ heri ſi pfi-
cit in ea: τ adhuc nõ habeat cõtinẽtiã τ habe-
at nõ paruã miſc̃diam. Et vt generalr breui-
terq cõplectar quã de virtute habeo notio-
nẽ: virt⁹ eſt charitas q̃ id qõ diligendũ eſt di
ligit: hec τ in alijs maior eſt in alijs minor: τ
in alijs nulla eſt. pleniſſima ṽo q̃ iã nõ poſſit
augeri q̃diu ħ hõ viuit in nemie eſt. Hic inſi-
nuari videt: q aliqs ea rõne poſſit dici habe-
re vnã virtutẽ magis q̃ aliã: qꝛ p charitatem
magis afficit in actu vnius virtutis q̃ alteri⁹
τ ppter differentiã actuũ ipas virtutes ma-
gis vel minus habere dicit. Põt τ aliq̃n non
habere. cũ tñ ſimul oẽs τ pariter habeat q̃tũ
ad mẽtis habitũ vel eſſentiã cuiuſq. In actu
ṽo aliã magis aliã min⁹ hꝫ. aliã etiã nõ habꝫ
vt vir iuſtus vtens cõiugio nõ habet contineñ
tiam in actu quã tñ habet ĩ habitu. Cur ergo
non dicant paria pctã? Forte qꝛ magis facit
cõtra charitatẽ q̃ graui⁹ peccat: min⁹ q̃ leui⁹
Nemo em̃ peccat niſi aduerſus illã faciendo
Rom. 13. q̃ eſt plenitudo legis. Ideo recte dicit: Qui
Jacobi. 2. offenderit in vno factus eſt oĩm reus. i. cõtra
charitatẽ facit in qua pendent omnia.

Arti. IIII. An virtutes ſunt pares vel equales.
D Einde querit de hoc qõ dicit [Utrũ ṽo pari-
o ter qs poſſideat oẽs ꝛc.] Incidũt aũt hic due
queſtiões circa iſtã partẽ quaꝝ prima eſt. Si
formate ṽtutes ſint pares vel eq̃les. Scđa verũ intẽ
Arg. primo ſa vna intendat alia. Ad primũ obijcit ſic in lrã ha
bet q cardinales ſunt pares: g̃ multo magis theolo-
2º gice. Itẽ ſup habitũ eſt q ſi fides/ſpes/charitas/τ
3º opatio ſunt equalia: ergo τ alie ṽtutes. Itẽ ſi vna
virtutũ eſſet fortior vel melior alia in eodẽ hoĩe melio
rem faceret hoĩem/τ magis merentẽ q̃ alia: g̃ idẽ hõ
bonus τ melior eſſet τ magis τ minus dignus vita
eterna qõ eſt incõueniens: g̃ videt q virtutes ſunt pa
4º res. Item oẽs ſimul infundunt: ſi autẽ non pares
eſſent quãdo infundunt oporteret q illud incremen-
tũ qõ habet vna ſup aliam/aut eẽt ex parte cauſe effi-
cientis/aut ex parte ſubiecti/aut ex pte gratie in qua
infundũtur. conſtat q nõ ex parte efficientis: qꝛ deus
qui eſt cauſa efficiens virtutis infuſe equaliter ſe ha-
bet ad virtutes quas ſimul infundit: g̃ quantã creat
5º vnã tantã creat aliã. Item ſi ex pte ſubiecti eſſet in-
crementũ cũ continue ſint in ſubiecto ꝯtinue creſcerẽt
qõ falſum eſt. ſi autẽ ex parte gratie tunc oporteret q

idem hõ haberet maiorẽ ſm vnam virtutẽ q̃ ſm aliã
τ ſic eſſet magis τ minus gratus ſm diuerſas ptes
anime/τ hoc ridiculũ eſt: qꝛ deo equaliter grate ſunt
omnes partes aie cuiuſlibet hoĩs. Sed cõtra hoc Rõ in ꝯtrã
eſt qõ ſup habitũ eſt diſtinctiõe. xxxv. q multi pollẽt prima.
fide τ nõ ſcientia τ tamẽ ſciẽtia eſt donũ τ virt⁹ gene-
raliter ſumpto noĩe virtutis: ergo virtutes nõ ſunt
pares vel equales. Item. i. Cor. 14. Nunc autẽ 2ª
manẽt fides/ſpes/charitas tria hec: maior autẽ hoꝝ
eſt charitas: ergo nõ eſt equalis alijs. Solutio di- Solutio
cendũ q ṽtutes pares ſunt in eſſentia τ in formatio- ad totum.
ne gratie in eſſentia: qꝛ ſimplices ſunt eodem genere
ſimplicitatis τ in vna quãtitate gratie in eodẽ hoĩe.
in formatiõe aũt gratie: qꝛ gratia gratũfaciens eq̃-
liter informat oẽs: ſed in quattuor alijs eſſentiã vir-
tutis cõſequẽtibꝰ ſũt inequales/τ primũ eſt de digni
tate: quia charitas eo q nõ excidit maior eſt in oĩbus
τ dignior: ſcđm autẽ q eſt in generalitate forme τ fi-
nis τ efficientie: τ ſic iterũ charitas eſt maior: qꝛ ipſa
generalr mouet ĩ opere meritorio qõ nõ facit alia vir
tus/τ ipſa eſt forma τ finis virtutũ/τ quo ad hoc eſt
maior. Tertiũ eſt radicatio in ſubiecto: qꝛ ad hoc opa
tur diſpoſitio per opus/τ opus omniũ nõ eſt equali-
ter frequẽs: τ ideo vna quecũq frequẽtius eſt in ope
magis radicata eſt q̃ alia. Quartus modus eſt vſus
qꝛ nõ oportet vt virtutes que equaliter inſunt ſm eſ
ſentiã inſint etiã equaliter ſm vſum. Dicendũ ergo ad
primũ q intelligit q̃ ad vſum. Ad aliud dicendũ q in
telligit quo ad dignitatẽ τ ſic patet ſolutio ad totũ.

An vna virtute intẽſa intendãtur omnes Arti. V.
τ an ſola charitas ſufficit ad ſalutem. E

Ecũdo q̃rit vtrũ vna intenſa oẽs intendant
o τ videt q ſic: detur em̃ q vna intenſa alia nõ Arg. primo
intendat tũc pñt virtutes eſſe impares τ hoc q ſic.
eſt cõtra ſup probata: g̃ neceſſe eſt q vna intenſa inten
dat alia. Itẽ intenſio virtutũ nõ eſt niſi p intenſio- 2º
nẽ gratie: ſed gratia eſt in ſingulis virtutibꝰ: ergo eq̃li
ter intendit in ſingulis. Itẽ virtus nõ intendit ni- 3º
ſi a deo ꝓpter meritũ vt ſup ꝓbatũ eſt ſepe: ſed de⁹ eq̃
liter ſe habet ad oẽs virtutes τ meritũ quo ad hoc qõ
eſt elicere oẽs actus meritorios equalr eſt omniũ vir
tutũ: ergo cũ cauſe intẽſionis equaliter ſe habeant ad
oẽs virtutes equaliter intendi vident. Itẽ ſi ꝓpter 4º
ꝯnexiões ĩ gr̃a τ ꝓpter vinculũ charitatis neceſſe eſt vt
vna hita habeant oẽs ꝓpt eaſdẽ cauſas videt neceſſa-
riũ vt vna intẽſa itendat oẽs. Itẽ Aug. i. vij. de tri. 5º
Uirtutes q̃ ĩ hũano aĩo ſunt licꝫ diuerſis ſingul mo-
dis itelligãt: tñ ab inuicẽ nõ ſepant: ſꝫ ſũt eq̃les ſpĩ: g̃
vna intẽſa neceſſe ẽ aliã intẽdi: qꝛ aliter fierẽt ineq̃les
Sꝫ ꝯ intẽſio videt eẽ ex ope τ nõ videt eſſe eq̃l opa- Argu. 2º in
tio oĩm: g̃ nec eq̃liter ſũt intẽſe ṽtutes. Itẽ rõ q̃ po- ꝯtrã q non
nit q vna intenſa intẽdat alia ex charitate q̃ eq̃lr in- primo.
formet eas nõ videt valere: qꝛ in cõpabilibꝰ ita vide- 2º
mus q duo cõbuſtibilia eq̃lr nõ calefiũt ab eodẽ igne
equaliter diſtante: g̃ etiã in virtutibꝰ ſic eſſe põt q vna
plus recipit de calore charitatis q̃ alia. Itẽ ſup ha 3º
bitũ eſt q creſcẽte charitate creſcat ſapiẽtia/τ decreſcat
timor: g̃ timor τ ſapientia ſunt virtutes inequales.
Item in diuerſis hoĩbꝰ ſunt ṽtutes nõ equales: g̃ 4º
etiã in eodẽ hoĩe pñt eſſe inequales. Ulteri⁹ iuxta Queſtiũcla
h q̃rit vtrũ ſola charitas ſufficiat ad ſalutẽ ſine alijs/τ Ar. pº q ſic
videt q ſic: qꝛ penes eã ſolam cõſiſtit meritũ τ quãti-
tas meriti: g̃ videt q alie ſupfluant cum nõ habeant
niſi ad merendum. Item dicit Auguſtinus q ſola 2º

charitas diuidit inter filios regni ⁊ filios pditionis:ergo
3o alie pro nihilo habent. Itẽ in ſequenti parte diſtin-
ctionis habet ꝙ ipſa ſola cõplet legẽ: ⁊ ſi nõ valeam⁹
oĩa volumina euoluere ꝙ habeamus charitatẽ q̃ im
plet totũ:ergo ſola ſufficit ⁊ omnes alie virtutes ſuꝑflu-
Solutio unt vt videt. Solutio dicendũ ad primã partem
cõis ad oĩa iſtius diſputationis ꝙ vna virtute intenſa oẽs alie i
ꝑmo oba. tendunt quantũ ad aliquẽ modũ. ⁊ quãtũ ad aliũ
modũ poteſt vna intẽdi ſine alia/ſi cõparet virtus ad
cauſã efficientẽ/ vel ad efficaciã merẽdi. vel ſi cõſidere
tur in ſuba nõ poteſt vna intendi ſine alia. ſi aũt com-
paret ad radicationẽ in ſubiecto põt vna intendi ſine
alia:q2 hoc eſt ex ope in q̃ virtutes neceſſario nõ ſunt
cõnnexe:ſed diuerſimode. ⁊ ꝑ hoc patet ſolo ad om̃ia
alia q̃ obijciunt de prima pte queſtiõis:q2 ſm hãc di
Ad primũ ſtinctionẽ ꝓcedunt argumẽtationes Ad primũ em̃
qđ eſt in 2m qđ cõtra obijcit dm ꝙ ſm opationẽ intẽdit virt⁹ nõ
2o loco. ſm radicationẽ in ſubiecto:⁊ hoc bene cõcedit. ſic em̃
Ad 2m intendit vna virtus nõ alia intenſa. Ad aliud dicẽ
dũ ꝙ non eſt ſimile q2 ligna ⁊ alia inequalit̃ ſe hñt ad
receptiõnẽ ignis. ſed virtutes equalit̃ ſe hñt ſm ꝙ in-
Ad 3m fuſe ſunt ad informationẽ charitatis. Ad aliud di-
cendũ ꝙ timor nõ decreſcit in ſubſtãtiali ſibi inquan-
tũ eſt donũ ſpũſſancti:ſed q̃ ad imꝑfectionẽ. ſicut alibi
Ad 4m dictũ eſt ſepius. Ad aliud dicendũ ꝙ virtutes i di
uerſis honoribus nõ habẽt colligantiã in vno q̃ creſcẽ-
te creſcant. ſed in homine vno colligant in gra ⁊ cha-
Ad q̃ſtiũcu ritate. ⁊ ideo intenſe illis neceſſe eſt oẽs intẽdi Ad
lã ⁊ ad oĩa id qđ vlterius querit dñm ꝙ charitas ſufficiat vt mo
obiecta tor:ſed ad motũ exigit nõ tm̃ motor vlis:ſed etiã pti
cularis ꝑ quẽ ſpecificet actus:⁊ huius ſimile eſt i na-
tura/etiã in hoie. In natura em̃ vlr in generatõe mo
uet ſol:ſed ad generationẽ hui⁹ vel illius oportet etiã
eſſe motorẽ pticularẽ in hoc vel in illo:vt faba vel piſa
In hoie aũt mouet rõ in mechanicis vel volũtas:ſz
ad motũ pedis vel manus exigit etiã motor pticula-
ris manus vel pedis. Itẽ in motu meritorio eſt mo-
tor vlis charitas:ſed exigunt motores ſpecificantes
actus:ſicut fidei ſpei tpantie ꝑ quos meremur. ⁊ per
hoc patet ſolo ad totũ:q2 iſte rõnes q̃ inducunt nõ cõ
cludũt niſi de vi motoria vniuerſali:⁊ nõ de vi mo
toris particularis.

Repetit de charitate vt addat q̃modo tota lex ex ea pendet.

Cũ duo ſint p̃cepta charitatis in quib⁹ (vt p̃-
taxatũ eſt) tota lex pendet ⁊ prophete aduer
Math. 22. tendũ eſt quomodo hoc fit cũ in lege ⁊ ꝓphe
tis multa fuerint cerimonialia mãdata quaſi
ad charitatis ſanctificationẽ ptinuiſſent: vi-
derent nondũ debuiſſe ceſſare. Quia ꝟo nõ
iuſtificationis gratia quã facit charitas inſti
tuta ſunt ſed in figura futuri ⁊ in onus poſita
ideo clareſcẽte veritate ceſſauerũt velut vm
bra. verũtñ ⁊ ipſa cerimonialia ſm ſpiritualẽ
intellectũ quẽ cõtinent: ⁊ omnia moralia ad
charitatẽ referunt. Pertinent em̃ omnia ad
decẽ mandata in tabulis ſcripta vbi omnium
ſumma perſtringit: ex quibus cetera emanãt
ſicut in ſermone domini octo virtutes pmit-
tunt ad quas cetera referunt. ⁊ ſicut ad decẽ
mandata decalogi cetera referunt: ita ⁊ ipſa
decẽ ad duo mandata charitatis ptinẽt. Oĩa
ergo ad duo mandata charitatis pertinent.
quia ꝑ charitatẽ implent: ⁊ ad charitatẽ tan-
q̃ ad finẽ referri debẽt. vnde Aug. Totã ma
gnitudinẽ ⁊ amplitudinẽ diuiniorũ eloquiorũ
poſſidet charitas qua deũ primũq; diligim⁹
que radix eſt omniũ bonoꝝ. Ubi veritas ait Math. 22.
In his duobus mandatis vniuerſa lex pẽdet
⁊ ꝓphete. Si ergo nõ vacat omnes paginas
ſanctas perſcrutari: omnia inuolucra ſermo-
nũ euoluere. tene charitatẽ vbi pendẽt om̃ia
quia perfectio eſt ⁊ finis omniũ. tunc em̃ ⁊ p̃-
cepta ⁊ cõſilia recte fiunt cũ referunt ad dili-
gendũ deũ ⁊ proximũ propter deũ. qđ ꝟo ti-
more pene vel aliqua intentiõe carnali fit vt
nõ referat ad charitatem nondũ fit ſicut fieri
oportet q̃uis fieri videat. Inimicus em̃ iuſti
cie eſt qui pene timore nõ peccat. Amic⁹ ꝟo
iuſticie qui eius amore nõ peccat. Omniũ er
go hec ſũma ẽ vt itelligat legis ⁊ oĩm diuinaꝝ
ſcripturaꝝ plẽitudo eẽ dilectõ dei ⁊ ꝓximi.

An teneamur implere decalogum quo ad Arti. VI
opus ⁊ modum operis.

Einde querit circa tertiã partẽ iſtius diſtictõ
nis que incipit ibi: [Cũ duo ſint p̃cepta. ⁊c.]
Et eſt queſtio pͥncipalis hic vtrũ modus ſit in
p̃cepto vel opus ſolũ: hoc eſt querere vtrũ teneamur
implere decalogũ ſolũ quo ad opa que ſonãt p̃cepta:
aut teneamur implere decalogũ quo ad opus ⁊ mo-
dũ opis/vt in charitate faciamus. hoc em̃ videt velle Arg. primo
iſta litta: ⁊ ſepe habitũ eſt id qđ habet. 1. Timoth. 1. ꝙ
finis p̃cepti ẽ charitas. ⁊ dicit gloſa ꝙ dr finis ꝯſuma
tiõis:ergo nõ implet ꝑfecte lex decalogi ſine charitate. te
nemur aũt ad ꝑfectã legis impletionẽ: ergo tenemur ad
modũ vt ex charitate impleamus Itẽ Math. 19. 2o
Si vis ad vitã igredi ſerua mãdata: ergo obſeruatõ mã
datoꝝ introducit ad vitã: ſed nõ introducat niſi ꝑ cha
ritatem:ergo ex charitate debẽt impleri: ergo modus eſt in p̃-
cepto. Itẽ Deut. 6. Diliges dñm deũ tuũ ex toto 3o
corde tuo. cõſtat aũt ꝙ hoc eſt p̃ceptũ legis/⁊ referen-
dũ eſt ad opus: ⁊ nõ niſi ad opus decalogi: ergo decalo-
gus implendus eſt in illo: ergo tenemur ad modũ Itẽ 4o
deformatio opeꝝ eſt in ꝓhibitiõe: ergo ab oppoſito for-
ma eſt in p̃cepto. Itẽ Math. 5. Niſi habundauerit 5o
iuſticia veſtra pluſq̃ ſcribaꝝ ⁊ phariſeoꝝ non intra-
bitis in regnũ celoꝝ. ſed cõſtat ꝙ illi opera faciebant:
ergo nos tenemur ad modũ. Item Jacobi. 2. Qui of- 6o
fendit in vno factus eſt omniũ reus. gloſa. i. in chari-
tate: ergo charitas eſt in precepto/⁊ ipſa eſt modus: ergo
modus eſt in p̃cepto. Sed cõtra dicit aug. ⁊ Hie- In ꝯriũ p̃o
ro. ꝙ anathema ſit q̃ deũ dicit p̃cepiſſe impoſſibile im
pleri: ergo nihil eſt in p̃cepto qđ nõ ſit in poteſtate noſtra
ſed habere charitatẽ non eſt in poteſtate noſtra: ergo
nõ eſt in precepto. Item virtutes non ſunt in pote 2o
ſtate noſtra: ergo nec mot⁹ earum: ergo nõ tenemur
opa facere cũ motu virtutis Itẽ aliquis amat deũ 3o
naturali dilectiõe: ⁊ cõſtat ꝙ non peccat diligendo. ſi
aũt teneretur ex charitate diligere ipſe peccaret: ergo nõ

4° tenemur ad modū. Jtē aliqs exiſtēs i mortali pctō
bonorat parētes cōſtat ꝙ nō peccat.ſ ꝑ pon⁹ abſoluit
5° a mādato:ḡ nō tenebaꝫ facere ex charitate. Jtē au
gu. dicit ꝙ declinare a malo ſemꝑ vitat penā:ḡ nō me
remur penā:ḡ q̄ declinat ſtari i mortali pctō abſoluit
a ꝓhibitōe illa:ḡ nō tenebaꝫ ille implere ex charitate
Solutio Solō dicēdū ꝙ circa illā queſtionē ſunt magnorū
opiniones diuerſe:ꝛ quantū poſſum recolere ſunt di
cta magiſtroꝝ diuerſa circa hāc materiā quadrupli-
Prima opinio citer. Quidā eīn dicūt ꝙ modus eſt in ꝓcepto:ꝛ illi
diuiduntꝫ in duas opniōes. dicūt eīn quidā ꝙ imple-
re decalogū tantūmodo eſt ꝓceptū affirmatiuū:ꝛ ob-
ligat ſemꝑ/ſed nō ad ſꝑ. obligat aūt ꝓ tpe ꝛ loco:ꝛ ad
id tēpus ad qd̄ hō teneꝫ qñ hēt charitatē:ꝛ aduertit
ꝙ ex charitate teneꝫ implere. ꝛ illis facile eſt reſpon-
dere obiectis:q2 dicunt ꝙ nō obligaꝫ hō adimplere:
q2 licet hō obligatus ſit facere ex charitate. nō tñ te-
neꝫ ſoluere ꝛ adimplere niſi cū habet eā. ꝛ tunc nō eſt
2ª ei impoſſibile ex charitate implere mādatū. Alij di
Ad primā cunt ꝙ hō teneꝫ ad modū ſꝑ ꝛ ad ſemꝑ. Et ad ꝓmū
ꝛ 2am q̄ 2° qd̄ obijciꝫ cōtra dicūt ꝙ licet hoī impoſſibile ſit habe
obr in ꝯtrū. re charitatē ex ſe:tñ poteſt facere aliqd̄ q̄ habito habe
bit charitatē. ꝛ ita quodāmō impoſſibile eſt hēre chari
Ad 3m tatē. ꝛ eodē modo rñdent ad ſcōm Ad tertiū dicūt
ꝙ diligens deū naturali dilectiōe ex hoc nō peccat ꝙ
Ad 4m diligit:ſed ex hoc ꝙ formā obmittit. Ad aliō dicūt
quidā ꝙ abſoluiꝫ iſte ab ope opato: ſed q2 nō fecit vt
Ad 5m. debuit:ideo peccauit. Ad vltimū dicunt ꝙ vitat pe
nā q̄ debeꝫ trāſgreſſioni ille q̄ vitat pctm̄ cōmiſſionis
ſed nō vitat penā q̄ debeꝫ omiſſiōi ex h̄ ꝙ omittit mo-
3ª opinio dū. ſed ille opiniōes paucos hñt ſequētes. Jdō alij
dicūt ꝙ nō teneꝫ ad modū:ꝛ illi hñt duplicē modum
opinandi. quidā eīn dicūt abſolute ꝙ ad modū nullo
Ad primū modo tenemur/ſicut ꝓbāt vltime rōnes. Reſpon
ſm hāc opi- ſio ad ꝓmū qd̄ cōtra obijciꝫ ꝙ charitas nō eſt finis ꝓ
nionē. cepti ſm opus qd̄ eſt in ꝓcepto:ſed ſm eſſe meritoriū.
ꝛ hoc veꝝ eſt ꝙ ſine forma non impleꝫ lex meritorie.
Ad 2m Ad aliud dicendū ꝙ aliud eſt implere decalogū/et
aliud facere opus meritoriū vite eterne:ꝛ dñs loquiꝫ
ibi de eo q̄ vult ꝑ opus venire ad vitā:ꝛ illū debet ha
Ad 3m bere modū. Ad aliud dicendū ꝙ in iſto mādato nō
teneꝫ hō facere qd̄ pōt. ꝛ iō implet ſi dilectione natu-
rali nihil ꝓponit deo:ꝛ hoc ſm charitatē vie nō pōt.
Ad 4m Ad aliō dm ꝙ nō ē ſil'e q2 deformatio ē i ptāte nr̄a.
Ad 5m ſ3 formatō nō ē in ptāte nr̄a Ad aliō dōm ꝙ illa ha
būdātia referꝫ ad habēdū vitā/ꝛ ñ ad ipletionē deca
Ad 6m logi abſolutā. Ad aliud dōm ꝙ charitas nō eſt in
ꝓcepto/licet ꝑ reatū amittaꝫ:q2 reatus eſt in poteſta-
te noſtra ꝛ nō charitas:ſed q2 expreſſe habeꝫ in ſecun
do huius voluminis ſupra ꝙ pelagiana hereſis eſt ho
minē ſine gratia oīa poſſe implere diuina mandata.
4ª opinio ideo veniūt q̄ti ꝛ diſtinguūt triplicē intētionē. Pri-
ma eſt q̄ nō expleta inducit reatū trāſgreſſiōis. Secū
da eſt que expleta ducit ad vitā:nō expleta nō ducit.
Ad obā q̄ Tertia eſt que expleta dat vitā. Quo ad primū di
ꝓ° obijciūꝫ cunt ꝙ nō tenemur ad modū: q2 dūmō faciam⁹ opa
ꝓceptoꝝ deobligamur a ꝓcepto ꝛ nō tranſgredimur
ſed quo ad ſcōam tenemur ad modū:q2 aliꝫ nō habe
bimus vitā niſi in charitate faciamus. quo ad tertiā
tenemur ad modū ꝛ ad ꝑſeuerantiā:q2 illa ſtatim cō-
iungit vite. ꝛ hec hēt plures defenſores q̄3 aliq̄ ſupio
rū:ꝛ ſatis patet qualiꝫ ſm eam rñdebiꝫ obiectis pro
vtraq3 parte per reſponſiones prius factas.

De decē ꝓceptis quō cōtineanꝫ in duob⁹ mādatis charitatis.

Edi iam diſtributio de- Diſtinctio XXXVII.
calogi que in duobus mādatis cō- De ꝓcepto-
pleꝫ cōſideranda eſt. habet eīn de- rū decalogi
calogus decē precepta que ſunt decacordū diſtinctiōe in
pſalteriū: que ſic ſunt diſtributa: vt tria q̄ ſūt ꝯparōne ad
in prima tabula ꝑtineāt ad deū. ſ. ad cogni- ſcripturā ta
tionē ꝛ dilectionē trinitatis: ſeptē que ſunt i bulaꝝ
ſecunda tabula ad dilectionē proximi:

Edi iā diſtributio decalogi que in duob ꝓ- A
ceptis. ꝛc.] Hic incipit pars illa que eſt de
diſpoſitionib reparantib ꝑ opa:ꝛ hec ſunt
opa q̄ cadūt ſub ꝓcepto. ꝛ diuidiꝫ hec pars
ſm numeꝝ ꝓceptoꝝ in decē partes/in quib tñ magi
ſter ponit tres diſtinctiōes. Et in ꝓma pte poniꝫ expo
ſitio ſeptē ꝓceptoꝝ. ſ. triū q̄ ſunt in ꝓma tabula. ꝛ q̄-
tuor ꝓceptoꝝ cōtentoꝝ in ſcōa tabula. Jn ſcōa et ter
tia q̄ ſunt. xxviij. ꝛ xxxix. cōtineꝫ expoſitio octaui pre-
cepti qd̄ eſt q̄ntū ſcōe tabule. ꝛ pa illa icipit ibi [Qui
tū ꝓceptū eſt. ꝛc.] Jn tertia aūt pte que cōtinet. xl. di
ſtinctionem exponit duo vltima precepta que incipit
[Sextū preceptū eſt: Nō deſiderabis. ꝛc.] ꝛ per hoc
patet diuiſio totius

Quid ſit preceptum. Arti. I.

Irca lrām aūt icadūt hic q̄ttuor inq̄rēda. ſ. q̄d
a ſit ꝓceptū:q̄ diſtinctio ꝓceptoꝝ ꝛ tabulaꝝ/in
quib cōtinebanꝫ ſm diuerſos. Tertio. ſ. pe-
nes quid accipiaꝫ ſufficiētia ꝓceptoꝝ. Et q̄rto qualiꝫ
vitia capitalia ꝓhibeanꝫ Ad ꝓmū aūt q̄d ſit ꝓceptū Diffinitio ꝓ
accipiaꝫ diffinitio aug. data in li. de virginitate/ vbi cepti.
dicit ſic: Preceptum eſt hoc cui nō obedire pctm̄ eſt.
Sed cōtra iſtā aſſignationē obijciꝫ ſic: Cōſiliū eſt Arg. primo
cui nō obedire in caſu pctm̄ eſt:ḡ cōſiliū eſt ꝓceptum. ꝯ diffinitiōē
in caſu eīn omnia vendere teneor ꝛ dare pauꝑib: ꝛ i
caſu exponere me ꝑiculo pro fide:ḡ cōſiliū eſt ꝓceptū.
Jtē votū eſt cui nō obedire peccatū eſt:ḡ. ꝛc. Jtē 2°
quiuis teneꝫ obſeruare obedientiā nā cōtra eā facere 3°
pctm̄ eſt. Similiꝫ dicit de plato ꝛ ſcriptura quib 4° ꝛ 5°.
nō obedire pctm̄ eſt. Jtē ſi nō obedire ꝓcepto pctm̄ 6°
eſt:ergo obedire eſt meritoriū:ḡ opus ꝓceptū eſt op⁹
meritoriū: qd̄ falſum eſt ſm opinionē multoꝝ:vt pa-
tet ex prehabita diſtinctiōe. Pꝫ cū op⁹ cuiuſlibet vir- 7°
tutis ſit in precepto ita deberet diffiniri ꝑ aliā virtu-
tē ſicut ꝑ obedientiā. ꝛ maxime videꝫ ꝙ ꝑ charitatem
q2 vt dicit apl'us: Finis ꝓcepti ē charitas d̄ corde pu
ro ꝛ fide nō ficta. Solō dicendū ꝙ aſſignatio prece Solō.
pti q̄ daꝫ ab aug. daꝫ de ipo inquātū eſt obligatoriū
ad dr̄am cōſilij. ꝛ iō ſequiꝫ in lr̄a ſic: Preceptū eſt cui
nō obedire pctm̄ eſt/nō cōſiliū: quo ſi vti volueris mi
nus boni adipiſceris nō mali aliqd̄ ꝑpetrabis. ꝛ iō ſi
q̄s vellet diffinire ꝓceptū ſm ſubam ſm quā eſt obli-
gatoriū poſſet diffinire ſic: Preceptū eſt impiū obli-
gās ad obſeruationē act⁹ impati ex auctē impantis/
vel ex rōne rei impate. ꝓceptū eīn eſt in oī genere impe
rij/ꝛ obligat q̄nq3 tñ:q2 ꝓceptū eſt ꝛ nō ex ſe. q̄nq3 au
te ex ſeipō:ſed aug. accipit in cōmuni modū obligatō
nis qui eſt in ꝓcepto. Dōm ḡ ad primū ꝙ cōſilium Ad primū
de ſe nunq̄3 obligat (vt dicit aug.) ſ3 ꝑ accñs id qd̄ cō
ſuliꝫ obligat. ſ. ſi in caſu preceptū eſt de eadē re de q̄ ē
cōſiliū vt ſi nō poſſum honorare ꝓximū niſi oia ven-
dā/tūc teneor vēdere oia ꝛ dare pauꝑib i tpe neceſſi-
tatis cū moriūꝫ pauꝑes fame niſi vēdā. ꝛ ſi ex votone

ceſſariū fiat ꝯſiliū: q2 reddere ē ꝓcepti ꝫ vouere ſit cō
Ad 2m ſiliū. Ad aliud dōm ꝙ votū dupl'r cōſideraꝛ. ſ. in vo
uendo ꝛ reddēdo. Si accipiaꝛ in vouendo/tunc non
obedire nō eſt pctm̄. q2 vouere eſt conſiliū. ſed obedire
adipiſciꝛ maius bonū. Si aūt cōſideraꝛ in reddendo
tūc obligat neceſſario. ſed hoc iō qa reddere eſt ꝓcepti
Ad 3m Ad aliud dicendū ꝙ obedientie nō oportet obedi-
re niſi inquantū ipa reſpiciat ꝓceptū: ſed obediētia ꝓbe
dit precepto. ꝛ iō nihil eſt dictum ꝙ obedientia eſt cui
obediꝛ niſi obedientia ſumaꝛ vulgariꝛ ꝓ re iniūcta ex
precepto: ſicut religioſi dicere cōſueuerūt: habeo obe
Ad 4m dientiā faciendi hoc. i. habeo mandatū. Ad aliud di
cendū ꝙ aliꝛ obedit prelato/ꝛ aliꝛ precepto. ꝓlato: ſcʒ
ſicut imperanti. precepto ſicut ei qđ mandaꝛ executiōe
Ad 5m ꝑ obedientiā qua obligamur ad ipm. Ad aliud di-
cendū ꝙ obedimus ſcripture vt regule ꝛ doctrine fi-
dei ꝛ moꝝ: ſed preceptis vt obligātib9 ad opus. ꝛ dif
ferentia hui9 obedientie accipiꝛ ex hoc qđ dicit cui nō
Ad 6m eſt obedire eſt pctm̄. nō em̄ vniuerſaliꝛ nō obedire ſcri
pture eſt pctm̄ Ad aliud dōm ꝙ nō ſequiꝛ ſi nō obe
dire pctm̄ eſt ꝙ obedire ſit meritū: q2 multa exiguntꝛ
ad meritū preter impletionē actus precepti. ſed nihil
Ad 7m exigiꝛ ad pctm̄ ꝓter tranſgreſſionē ꝓcepti que eſt i no
ſtra poteſtate. Ad aliud dōm ꝙ ꝓcepta particula-
ria poſſunt eſſe affirmatiua: ꝛ ſunt de ope cuiuſlibet
virtutis. ſed in decalogo nō aſſignanꝛ ꝓcepta niſi ge
Ad 8m neraliꝛ/put cōtinenꝛ i iure naturali: vt infra patebit
Ad vltimū dōm ꝙ dilectio ſiue charitas nō reſpi-
cit ꝓceptū inquantū eſt ꝓceptū: ſed potius id qđ eſt ꝓ-
ceptū inquantū eſt opus meritoriū. ſed obediētia re-
ſpicit ꝓceptū inquantū eſt ꝓceptū. ꝛ iō potius diffiniꝛ
ꝓceptū ꝑ actū obediētie ꝗ charitatis.

Arti. II **De diſtinctiōe ꝓceptoꝝ tabulaꝝ ſm diuerſos**

B Ecundo queriꝛ de diſtinctōe ꝓceptoꝝ tabu-
Arguiꝛ ꝓo laꝝ ſm diuerſos. dicit em̄ Joſephus ꝙ duo
erāt tabule/ꝛ in vtraqʒ eaꝝ cōtinebanꝛ qnqʒ
mandata. Grego. aūt quattuor ponit in prima/ꝛ ſex
in ſecunda. Aug. vo tria in vna/ꝛ ſeptē in alia: ꝛ vide
2o tur cōtrarietas inꝛ eos Itē Origenes primū dicit
eſſe mādatū: Nō habebis deos alienos ꝓter me. Se
cundū: Nō facies tibi ſculptile: nec vllā ſimilitudinē
ꝛc. ꝛ hec duo ꝯputat aug. ꝓ vno/ſicut habeꝛ in lr̃a. ꝛ
3o hec eſt iteꝝ quedā cōtrarietas Itē Orig. vnū dicit
eſſe mandatū: Nō cōcupiſces vxorē ꝓximi tui: et
nō cōcupiſces rē alienā. ꝛ aug. dicit hec duo manda-
4o ta eſſe. ꝛ ecce iteꝝ quedā cōtrarietas tertia. P vide
tur Origenes melius dicere quo ad primū: q2 ſicut
habeꝛ in li. de deo ſocratis) tria erāt genera deorum.
quedā em̄ ſpūalia inuiſibilia genera deoꝝ: quib9 nec
ſculptura poterat fieri /nec ſimilitudo/nec etiā figmē
tū: ꝛ illi videnꝛ ꝓhiberi cū dicꝛ: Nō erūt dij tibi alij
preter me. Fuerunt aūt alij dij ſm duo genera corpo
rū. ſ. celeſtiū ꝛ terreſtriū/ꝗ poſtea ꝓhibenꝛ cū dic: Nō
facies tibi ſculptile. ꝛc. ꝗ videꝛ ꝙ duo ſint mandata.
5o ꝛ ſic aug. male dicat diuidendo ꝓcepta. Itē quoad
aliā partē videꝛ melius diſtinguere Origenes: quia
cōcupiſcentia vxoris ꝛ cōcupiſcētia rei nō differūt ni
ſi ꝑ materiā/vt videꝛ: ſed penes materiā nulla accipiꝛ
diſtinctio: ꝗ illa que dicit aug. eſſe duo videnꝛ eē vnū
Queſtiūcla prima. ſicut dicit Orig. Itē vlterius ꝗriꝛ de cōtrarietate
ꝗ ē circa iſta mādata. dr̄ em̄ Exo. 20. Poſtꝗ iſta mā
data edita ſunt ꝙ cūctus populus audiebat voces et
lāpades ꝛ ſonitū buccine monteꝗ fumantē. ꝛc. ſtatī
infra ſubiūgiꝛ: ꝛ ꝙ nō audierūt niſi vnū mandatū de
celo ab ore dñi. vbi ſic dic: Vos vidiſtis ꝙ de celo lo-
cutus ſum vobis: nō facietis corā me deos argente-
os nec aureos facietis vobis: ꝗ videꝛ eſſe quedā con-
trarietas Si forte tu dicas ꝙ in ſcđo loco vbi repe Solo
tit vnū debet intelligi repeti illud. Cōtra glo. dicit Obo ꝓma.
ibidē: Repetit dicta in ꝓmo mādato vt ꝑ argentea ꝛ
aurea omia alia idola intelligāꝛ: ſicut dr̄ in pō. Si-
mulachra gentiū argentū ꝛ auꝝ. ꝛc. cōſtat aūt ꝙ alia
eſt cauſa ſpēalis quare repetit dicta in primo manda
to ꝛ nō in alijs. P tertius videꝛ dicere ꝓmo ꝙ cun- 2a
ctus populus audierūt voces decē ꝓceptoꝝ. ꝛ rabbi
moyſes dicit ꝙ populus nō audiuit niſi vnū ſcʒ ꝓmū
Nō erunt tibi alij dij ꝓter me. ꝛ dicit ꝙ hec eſt opinio
multoꝝ doctoꝝ: hec ꝗ videꝛ eſſe eadē contrarietas ꝗ
eliciꝛ ex textu. Si forte tu dicas ꝙ illō audire ꝛ vi- Solo
dere nō erat in ſenſu exteriori tm̄: ſed i relatōe ad ſen-
ſum interiorē: ſicut videꝛ ibidē dicere gloſa aug. faci
ens queſtionē quomō populus videbat voces cum
vox ſit ſenſatū auditus ꝛ nō viſus/tunc videꝛ ꝙ non Obo 3a
omnia mandata debuerunt audire: quia nō omia ha
bent eundē ordinē ad intellectū. quia nouē per ſe intel
ligibilia ſunt: ꝛ vnū nō cadit per ſe in intellectu. ſ. de
obſeruatiōe ſabbati: ꝗ videꝛ ꝙ illud ſpēaliꝛ debuit ex
primi extra numeꝝ illoꝝ. Itē iudei querunt qua-
re potius hec verba decē vel aliqua de illis dñs loꝗ-
baꝛ corā populo ꝛ audiente populo ꝗ oia iudicialia
ꝛ cerimonialia ꝛ ſacramētalia que ſequunꝛ. nō enim
poteſt eſſe cauſa illa quā dicunt ꝙ hec generaliꝛ ꝑtine
bant ad omnes: quia illa etiā generaliꝛ tenebanꝛ ob-
ſeruare. Vlterius queriꝛ circa diſtinctionē horum Queſtiūcla
mandatoꝝ cū dicaꝛ cōiter ꝙ iſta ſunt naturalis legis ſcđa.
mandata: quare ea que ſunt naturalis legis non eis
inſeruntur: ſicut fuit dictum primo homini de omni
ligno paradyſi comede. ꝛc Et iteꝝ: Creſcite ꝛ mul
tiplicamini. ꝛc. Si aūt tu dicas ꝙ hoc ideo fit: qa Solo:
ante data erant. Cōtra hoc eſt qđ ſm hoc etiā pre Obo ꝓma.
ceptū de ſabbato nō erat repetendū cū ante datū fue
rit. P aug. in li. de decē cordis dicit decē mandata 2a
redire ꝑ reductionē in duo mandata dilectiōis dei ꝛ
proximi. ꝛ hec duo iteꝝ reduci in vnū mandatū natu
ralis legis. ſ. illud: Quodcunqʒ vultis vt faciant vo-
bis hoies/ꝛ vos eadē facite illis. ꝛ de iſta reductione
nihil determinaꝛ hic: ꝛ ideo videtur ꝙ ſit diminutū.
P aut iſta decē mandata determinanꝛ particula- 3a
riter/aut vl'r. ſi ꝑticulariꝛ/tunc multo plura eſſe debe
rent: q2 tunc actus cuiuſlibet habebit ſpēale manda-
tū affirmatiuū. ꝛ actus cuiuſlibet vitij habebit nega
tiuū ſpēale. Si aūt determinanꝛ vl'r/tūc ſufficiebat
determinare penes id in qđ ſicut in vlēꝓmū reducū-
tur. ſ. Qđcūqʒ vultis vt faciant vobis homines. ꝛc.
Vlterius queriꝛ de diuerſitate ꝓceptoꝝ quā dat Queſtiūcla
magiſter ſcilicet ꝙ quedā precepta habent cauſam ex tertia.
pte eius quod precipitur. quedam ex parte eius a cui
ꝓcipiꝛ. ꝛ illa ꝗ cām hñt ex pte rei ꝓcepte. ꝗdā hñt cām
ꝑpetuā/ꝗdā tpalē. de hac em̄ diuerſitate nihil habeꝛ
h nec etiā i lege. ꝛ ſic videꝛ eē diminut9 iſte tractat9 ð
ꝓceptis Vlteri9 ꝗriꝛ de alia diuerſitate duplici ꝗ i Queſtiūcla
iſtis mādatis iuenīꝛ. in ꝓma em̄ tabula ponunꝛ tria quarta.
mādata: quoꝝ duo ꝓma ſūt negatiua. ꝛ 3m eſt affir-
matiuū. ꝓponiꝛ em̄ rō ꝓmi cū dr̄ dñs de9 tu9: deus
vn9 eſt. ꝛ illa rō eſt credibile articuli fidei. rō aūt ſcđi
accipiꝛ ex penis ꝗs infliget trāſgredientī cū dicit qđ nō
hēbit inſontē eū ꝗ nomen dei inuanū aſſumit. rō autē
tertij ſumitur ex preteritis que fecit: quia die ſeptimo
requieuit ab omni ope. In ſecundo autē caplo primū
poniꝛ affirmatiuū/ꝛ non affirmatur niſi per ratōnē

mercedis: ꝛ omnia alia ſunt negatiua. et nõ adhibet
alia ratio mouens ad motũ obligatõis eoꝝ. Queratur
ergo vnde venit hec diuerſitas. Scđa diuerſitas qꝛ
in affirmatiuis inuenit vl'r vti verbis impatiui modi
vt memẽto vt diẽ ſabbati ſcrifices: honora pr̃em tuũ
ꝛc. in negatiuis aũt vl'r vtit verbis indicatiui modi:
vt nõ habebis deos alienos. ꝛc. ꝛ querit etiã rõ hu-
Solõ. ad primũ. ius. Solõ dicendũ ad primũ ꝙ tabule teſtamenti
multipl'r cõſiderant. ſ. in ſe ꝛ in relatõe eoꝝ q̃ cõtine-
bant in eis / ꝛ ad ea ad q̃ ordinabãt. In ſe aũt cõſide-
rat Joſephus: ꝛ iõ eſt veꝝ qđ ipe dicit ꝙ vtraqꝫ cõti-
nebat q̃nqꝫ mandata. ſed ſm ordinẽ mandatoꝝ que ĩ
ſcriptura erãt cõſiderãt Orig. ꝛ Aug. ꝛ qꝛ quattuor
vel tria ordinant ad deũ. ſex aũt vel ſeptẽ ordinãt ad
proximũ. ideo tali fine conſiderato tria vel quattuor
erãt in vna: ꝛ ſex vel ſeptẽ in alia erãt. qꝛ nõ erat ratõ
quare due darent moralit' loquendo niſi vt intellige
ret ꝙ ad duo ordinabãt: vel allegorice ꝓpt' duo teſta-
menta. ſed ſm hanc ſolõnẽ videt ꝙ tria deberent eſſe
propt' ordinẽ ſui ad ſeipm̃. Ad hoc dđm ꝙ nõ oportu
it eo ꝙ oĩs ordo exigat diuerſitatẽ in extremis. ſui au
tẽ ad ſe nõ eſt diuerſitas: g̃ nec ordo. Uel alit' dicat (ſi
cut ſupra habitũ eſt) ꝙ nõ dat mãdatũ dilectiõis ſui:
qꝛ in ordine ad proximũ dat diligenti principalitas
diligendi ſeipm̃: ita hic in ordine ad proximũ intelligi
Ad 2m, 3, 4 tur ordo ad ſeipm̃. ꝛ iõ tabulã tertiã hec ſignantẽ eſſe
nõ oportuit. Ad aliud dicendũ ꝙ in veritate aug.
melius diſtinguit q̃ʒ orige. qꝛ orig. nõ attẽdit niſi ma
terialẽ diuerſitatẽ q̃ põt eſſe inter figmentũ ſiue ido-
lũ ꝛ ſculptile ꝛ ſimilitudinẽ / eo ꝙ ſilatio dicat cui ali-
quid rñdet in reꝝ natura. figmentũ aũt ſiue idolũ cui
in re nihil rñdet: ſed animꝰ ꝯfingit: vt hircocerꝰ vel
chimera. Aug. aũt attendit vnitatẽ finis q̃ eſt in ſilã
tiõe ꝛ idolo. ſ. ꝙ vtraqꝫ ſtatuit ad cultũ / aut ad inuo-
cationẽ: ſiue ſumat de corporib / ſiue de ſpiritib im-
Ad 5m. mundis creatis q̃ mẽtes hominũ in hoc deludunt ꝙ
ſe faciãt coli tanq̃ʒ deos. Ad aliud dđm ꝙ in dupli
ci cõcupiſcẽtia nõ tm̃ eſt diuerſitas materialis: ſʒ etiã
finis: qꝛ ad alia cõcupiſcit vxor / ꝛ ad aliã res. vxor ei
ad coitũ. res ad poſſidendũ. ꝛ ideo aug. meliꝰ ꝛ ſubti
Ad q̃ſtiũculã p̃mã cũ obõnibus liꝰ diſtinguit q̃ʒ Orige. Ad aliud ſunt diuerſoꝝ
ſolõnes diuerſe. quidã dicunt ꝙ iõ oĩa iſta dixit corã
populo: qꝛ ſunt de lege naturali. ꝛ vnicuiqꝫ dictabat
ea rõ propria Et ad obiectũ in contrariũ dicũt ꝙ p
Ad obõnẽ tertiam repetitionẽ vniꝰ intelligunt alia repeti debere Ad
aliud qđ obĳcit de ſabbato dicũt ꝙ quantũ ad quie-
tẽ mẽtis in deo / ꝛ nõ in creatura eſt d lege naturali: ſʒ
quantũ ad quietẽ corporalẽ ſabbati fuit de obſerua-
tione vulgata apud patres veteris teſta. ꝛ notũ oĩb
ac ſi eſſet ex natura: ꝛ iõ int' alia apte dicebat. alia aũt
ſcʒ iudicialia ꝛ cerimonialia indigebãt interp̃tatõe hu
mana ꝛ doctrina ſapientioꝝ. ꝛ ideo talia ꝓpoſuit p ſa
piẽtes ꝛ duces plebis. meliores aũt iudeoꝝ ſicut rab
bi moyſes / ꝛ rabbi eliazar / ꝛ rabbi iohãna dixerũt ꝙ
licet iſta ſint de naturali lege: tñ nõ eq̃lit'. ꝛ iõ audien
te populo nõ dixit niſi vnũ qđ cõiter vnicuiqꝫ dictat
cõſciẽtia: qꝛ hoĩes ſemp cõſenſerũt in hoc ꝙ principiũ
vniuerſitatis nõ eſſet niſi vnũ. Alia aũt nõ ita dictat
mens. ꝛ qꝛ deus multis modis nominat nõ intelli-
git nomẽ eius ineffabile. ꝛ ſimilit' de ſabbato ꝛ aliĩs
que ſunt ad proximũ recipiunt exceptiões in caſibus
determinatis. ꝛ ideo dicunt ꝙ in agro ad cõſcientias
hominũ nõ loquebat niſi ad vnũ: ꝛ tunc illud qđ pri
mo habet ꝙ cunctus populus videbat voces referẽ-

dũ eſt ad viſum interiorẽ. vt dicit aug. ibidẽ in gloſa:
ꝛ nõ ſubiungit in cathalogo p̄ceptoꝝ propt' omnia p̄-
cedentia: ſed propter vnũ ſolũ qđ eſt primũ: ꝛ illđ etiã
ſecundo repetit: ſicut videt inuere gloſa. Ad aliud
dicendũ ꝙ hec potius exprimit / vt dictũ eſt: quia na-
turalia ſunt ꝛ p ſe accedunt mentib hominũ. ꝛ ħ non
faciunt alia. Ad aliud dicendũ ꝙ illa ſunt natura- Ad q̃ſtiũculã ſcđam.
lis legis de quib obĳcit ſm ꝙ eſt ordinata nature in ꝛ ad pm obõ
neceſſariĩs ad eſſe indiuidui ꝛ ad pmanentiã ſpẽi: ꝛ il
laꝝ cura p pctm̃ nõ eſt obnubilata: ſed potiꝰ augmẽ-
tata: qꝛ effectus augmẽtat deſideriũ ad eſſe. ꝛ ideo nõ
oportuit illa determinari p legẽ ſcriptã iterãdo: ſʒ ter
tiũ mandatũ nature qđ nõ expreſſe dabat nature ex
terius in p̄ncipio / eo ꝙ eſſet mens hoĩs tunc bene in-
ſtituta: ꝛ p ſeipm videt ĩ iuſticia dei / q̃d facere deo ꝛ p
ximo deberet: ſcriptũ tñ erat ĩ mẽte. ſ. quicq̃d vultis
vt faciant vobis homines. ꝛc. illud erat mandatũ or
dinãs in morib ad deũ ꝛ hominẽ. ꝛ ideo pctõ erat ob
nubilatũ. ad hoc aũt dabat lex ſcripta / vt ad id quod
natura obnubilata peccato difficult' videbat explica
ret determinatõe decalogi. ꝛ ideo in decalogo nõ po
nit aliquid niſi qđ eſt explicatio primi mandati natu
re / qđ certũ fuit homini in cõparatiõe ad deũ ꝛ ad p-
ximũ. per hoc etiã patet ſolutio ad ſequens: quia hic
agit de mandatis per reductionẽ ad vnũ vniuerſale
primũ / eo ꝙ natura ad particularia ex illo vniuerſali
nõ ſufficiebat: ſed potius lex ſcripta intendit illđ vni-
uerſale explicare per pcta vt ſic natura corrupta am-
plius lumẽ accipiat in moribus. duo aũt precepta di
lectionis non ſunt in que reducat decalogus / ſicut in
cõmune: ſed potius ſicut in formã ꝛ perfectionẽ ope-
rum ſm ꝙ ſunt meritoria: ſicut ſepe ante dictum eſt. Ad 3m
Ad aliud dicendũ ꝙ particularit' determinantur
iſta mandata: ſed tali particulatiõe que poteſt ptinge
re nõ naturalis p naturale ius. particulatio aũt vlte
rius eſt ſtudĳ ꝛ iuris poſitiui. ꝛ ideo de tali pticulatõ
ne nõ agit hic: qꝛ illa cadit in multas differẽtias ſm
diuerſas cauſas: ꝛ vt cauſa. Ad id quod vlteriꝰ q̃- Ad q̃ſtiũculam tertiã.
ritur de diuiſiõe magiſtroꝝ. dicendũ ꝙ ipi cõſiderant
